

I

Iste est liber magistri benedicti hesse de Cracovia professoris Sacre theologie Canonici kathedralis Ecclesie Cracoviensis

In quo continetur

Primo replicatio facta in Concilio Basiliensi contra communionem sub utraque specie

Item tractatus Universitatis studii Cracoviensis de Concilio Basiliensi

Item tractatus missus Universitati Cracoviensi a Concilio Basiliensi In quo continentur gesta Concilii facta tempore divisionis

Item quedam questio de superioritate pape supra Concilium

418

Varia

Replicatio facta in Concilio Basilien. Con[tra] Co[mmuni]onem Sub utraque Specie

Tractatus Missus Univ[ersita]ti Cracovien. a Concilio Basiliensi

Tractatus Univ[ersita]tis Studii Cracovien. de Concilio Basilien.

Quaestio de Superioritate Papae supra Concilium

IX

[redacted]

…colaus
…ulus erat
…ny hebe
…whonm
…chy ano
…47 sabt
…ng octo

I

Sacro durante Concilio Basiliensi exorta fuit differencia inter Sacrum Concilium et Eugenium papam
et propter inobedienciam Eugenii pape qui nitebatur dissolvere Concilium Sacrum Concilium eundem Eugenium
a papatu deposuit, totus se medius adherebat Concilio preter ytalicos. Eo autem mortuo in papatum Nicolaus
quintus successit. tunc Anno domini Millesimo cccc° xl vii° Serenissimus dominus Rex kazimirus una cum prelatis
spiritualibus et dominis secularibus ac baronibus obedienciam prestabant domino Nicolao pape / magistri doctores
universitatis Cracoviensis accesserunt Regiam maiestatem petentes ut non papitaret in obedienciam / sed in suspenso
maneret ad unum annum, quod nullo effectu potuerunt. Sequenti autem Anno quasi eodem tempore venit quidam
Nuncius pape aut legatus sed non a latere Johannes Baptista nomine qui apud Regiam maiestatem laborabat
ut universitas eciam obedienciam prestaret. Rex autem et domini spirituales et seculares advocatis magistris et
doctoribus universitatis querebant ab eis, quare se dividerent a Regno cum Rex et totum Regnum obedirent
pape et universitas nollet obedire sed staret cum Concilio Basiliensi / Magistri autem et doctores universitatis
stantes coram Regia maiestate responsionem optimam fecerunt dantes responsum pro prima vice / secunda vice
iterum stantes coram Regia maiestate et consilio Regis presente eodem legato iterum respondentes se non
posse facere, sed petebant dominum Regem ut ad alias universitates vellent dirigere et informari ab eisdem
si melioribus racionibus et fortioribus possent adduci ad obedienciam pape vellent sequi alias universitates.
Si vero raciones eorum essent efficaciores pro obediencia Sacri Concilii iuxta tractatum ipsorum compilatum
et tali modo notificatum ad obedienciam pape nollent consentire durante Sacro Concilio. Iterum tercia et
quarta vice vocati ad Regem an vellent obedienciam pape prestare, ipsi bene deliberantes cum magna
mansuetudine et pietate protestantes coram deo et beata virgine Maria et beato Stanislao patrono
et omnibus sanctis non posse hoc facere. Rex autem precepit eos abire. Nuncius autem pape petebat dominum
Regem et dominos ut magistri incarcerarentur et ipse reciperet vellet eis beneficia spiritualia et eos in-
habilitare, quod Rex cum dominis nullo modo permittere voluit. Nicolaus autem papa audiens talia non bene stetit
contentus de Nuncio suo, quod talia cum universitate egit. Veniens Romam in papatum non bene audire poterat
et postea nimium constrictus est et mortuus est etc.

Nicolaus quintus erat [illegible] [illegible] [illegible] 1447 sedit annis octo

Anno domini Millesimo cccc° xl viii° xxvii mensis Junii intrante Serenissimo principe et domino kazimiro
Rege in Cracoviam adductus erat idem legatus pape Regi ad latus, cui magistri occurrentes cum pro-
cessione solemni susceperunt legatum autem pape suscipere noluerunt multis admirantibus et stupentibus

Anno domini Millesimo cccc l v prima die Aprilis hoc est feria tercia post palmarum Reverendissimus pater
Sbigneus Cardinalis et Episcopus Cracoviensis debitum carnis solvit in Sandomiria et die nona eiusdem
mensis sepelitur in Ecclesia Cracoviensi

Item eodem anno xxv mensis Maii que erat in die penthecostes videlicet in die Urbani Electus est
per inspiracionem una voce et uno animo per omnes Canonicos venerabilis vir Magister Thomas de Strze-
pino Magister Theologie et doctor Juris et Cantor in Episcopum Cracoviensem

Item eodem anno quo supra sequenti die Electionis feria secunda post penthecostes hora xxi venit
ignis prope Omnessetos et combussit totam plateam usque Castrum usque post Ecclesiam sancti Martini
usque ad muros / et usque Castrum omnes domos Canonicorum funditus combussit Simul et Collegium Juristarum
et Medicorum / similiter Ecclesiam sancti Andree funditus combussit et Monasterium totaliter consumpsit. domos
que in platea Castrensi funditus ignis consumpsit homines fere centum et ultra in illo igne interierunt
et consumpti sunt

nis qui aliquod opus quod volunt esse stabile proponunt
construere summopere student solidum eligere fundamentum Unde
illum sapientem esse sapientia divina declarat qui domum
suam edificat supra firmam petram ut nec in vndantibus
pluviis supra excrescentia flumina nec flantes venti sub-
ruere valeant demoliri. Sic et zelator marmoreum lapidem forte nesne
talem aut duriores ligni genus elegit usque sit et certi artifices quan-
tum natura patitur operis construendi. Aedificatoris ergo ego Reverendissimi
Reverendique patres et domini in presentia huius amplissimi cetus pro toto
huius operis firmissimo fundamento. Unde firmius quid melius quid
ve preciosius possem eligere quam quod verbum illius verbi quod erat
in principio apud deum et deus erat verbum. Hoc utique omni silice omnique
lapide adamantino solidius et fortius omni metallo quamvis celo et terra
omnibusque creaturis. Unde mirum si sit fortius omnibus per quod facta
sunt omnia. Unde et dicit scriptura divina In eternum domine permanet verbum
tuum. Et iterum celum et terra transibunt verba autem mea non peribunt. Ab
hoc ergo validissimo et firmissimo fundamento verbo scilicet veritatis eterne
totius operis mei structura consurgit et eidem innixa ventorum impul-
sum fluviorum et quarumcumque adversitatum impetum non timebit. Verbum
quod promisit veritas divina. Verbum quod loquitur verbum per quod facta sunt
omnia. Ite ostendite vos sacerdotibus Luce c. xvij et in Evangelio
hodie currentis scribitur istud Thema

Emistis haut dubium patres celeberrimi quod In libro
Genesis legitur formatis ergo deus de humo animantibus
cunctis terre et universis volatilibus celi adduxit ea ad Adam
ut videret quid vocaret ea. Omne quod vocavit Adam anime ~~viventis~~
viventis ipsum est nomen eius etc. Unde hoc misterium Numquid deus
animantibus a se creatis poterat nomen imponere sicut celum vocavit fir-
mamentum et aridam terram et congregationes aquarum appellavit maria
Numquid iste qui dederat animantibus omnibus esse noverat omnium eorum proprias
que virtutes poterat que secundum eas singula propriis nominibus appellare utique
nec nosse defuit neque posse verum quia ipsum Adam primum post se presidem
instituerat omniaque animantia eius subiecerat potestati voluit deus im-
ponere nomina animantibus forte congruentia sic voluit homini super
animantia omnia primatum ut illa ab homine post deum ipsorum preside
propria nomina sortirentur et ille sui presidatus primordia exerceret

Quid vero in hoc misterio nobis per sensum allegoricum denudatur
breviter glosa ibi insinuat dicens significat gentes que salve fierent
in ecclesia per tristiciam nomine tristi acceptantes quod prius non habebat
unde propheta vocabo filios meos nomine alio hec ibi glosa. Deinde eos
perfectionem quod induit scribitur ysaie lxv servos suos vocabit nomine novo hominibus in
positionis officium tristicie per sacerdotes exercet dum manibus eorum baptizantur
omnes fideles. Nam ut inquit Johannes Crisostomus dial. in li. necesse iche
ne vitae aliter regnum celorum promissorum remuneracionem potiri nisi per illorum sal
lemnis officium. Isti enim sunt qui nos spirituali affectione pariunt in generatione
baptismatis regenerantur, per ipsos tristiciam induimur, per ipsos coniungimur dei filio
per ipsos beati membra illius capitis efficimur hec ille. Sicut ergo omnia
animantia terre adduxit deus ad adam ut ab eo videret quem post se presidem in
sancte prius designatis nominibus appellacionum acciperent sic et nunc spirituali
ad spiritualem generacionem assumendos ut novum nomen accipiant sacerdotali
potestate quam fideli populo presidem decrevit iubet deus prelatos velut si diceret
verbis thematis preassumpti Ite ostendite vos sacerdotibus ut per illos tran
slatis in filiorum adopcionem per illos efficiamini beati illius capitis membra
per illos novum nomen accipiatis et imbuamini doctrinam salutis et celestium
civium sodalitatis consortium adipisci

Sed et ut deus omnipotens dominus israeliticum populum in prodigiis et mira
bilibus eduxit de egiptiaca servitute sibi in populum peculiarem assumens
omni populo sacerdotium pretulit atque eidem supremum in terris iudicium
resignavit Si difficile inquit et ambiguum apud te iudicium esse prospexeris
inter sanguinem et sanguinem causam et causam lepram et lepram et iudicum
videris verba variari surge ascende ad locum quem elegit dominus deus tuus ve
niesque ad sacerdotes levitici generis et ad iudicem qui fuerit illo tempore
et queres ab eis qui indicabunt tibi iudicii veritatem et facies quodcumque
dixerint qui presunt loco quem elegit dominus et docuerint iuxta legem eius
sequeris que iuxta sententiam eorum nec declinabis neque ad dextram nec ad sinistram
qui autem superbierit nolens obedire sacerdotis imperio qui illo tempore mini
strat domino deo tuo et decreto iudicis morietur homo ille et auferes ma
lum de medio israel Deut° xvij et post Et si aliarum inferiorum causarum
iudicia per iudices illo tempore tractarentur iudicium tamen lepre sit sacer
dotibus pertinebat quod moraliter lepre iudicia maligno apparebunt
quemlibet iudicium sacerdotis et ex eius pendet arbitrio an debeat ab hominum con
sorcio seperari ut hoc multis sermonibus declaratur levit. xiij xiiij

Sed et mundatus a lepra conscriptum in lege sacrificium sacerdotibus debe-
bat offerre ut legitur statim in c subsequenti. Unde salvator noster ihesus
cum leprosos sua virtute mundasset eos sacerdotibus se presentare mandavit
et prescriptum in lege munus offerre ut prescriptum est in c viii matthei
et in luca ubi x leprosi mundantur Ite et ostendite vos sacerdotibus
Ad quod nos beati pauli doctor gentium ad Gal v in lectione domine
currentes spiritu ambulare debemus et supra ad Cor iii ministros
nos fecit idoneos novi testamenti non littera sed spiritu aciem mentis altius
intendentes spiritualem sensum in hiis consuetudinibus historialibus et le-
galibus rapiamus Hec nos docebat ille doctor gregorius egregius aug
in constitutionibus evangeliorum ita dicens Nonnulli autem eorum quibus ta-
lia corporalia beneficia dominus prestitit inveniuntur misisse ad sacerdotes nisi
leprosos Sacerdotium enim iudeorum fuit figura sacerdotii quod est in ecclesia
Cetera autem vicia per seipsum interius in conscientia dominus sanat et corrigit do-
ctrina vero vel imbuendi per sacramenta vel cathezizando per sermonem patris ecclesie
tributa est Et sicut idem augustinus paulo superius dixit Coloris quippe
vicium lepra est Vera ergo falsis inordinate permixta in una disputatione
disputatione vel narratione signat lepra tamquam in uno corpore co-
loris varietatis Hec ergo ab omni corruptione lepra modo inconstancie
doctrina est sacerdotibus exhibenda ut ecclesie sancte iudicio falsorum
si que sunt cum vera permixtione semota sit lepre varietate secreta
ad publicum et commune hominum conventum deducatur

Hoc legimus fecisse paulum apostolum unde ego si hunc dicti
auctorem non exhibeo tamen quanto adhibenda sit fides Ecclesie scripsit
idem apostolus ad Gal c ii Iterum ascendi Hierosolymam cum barna-
ba assumpto tito Ascendi autem secundum revelationem et contuli cum eis evangelium
quod predico in gentibus, seorsum autem his qui videbantur aliquid
esse ne forte in vacuum currerem aut cucurrissem glo ordinaria super hoc Contuli
cum illis sumpta ex dictis beatorum ambrosii jeronimi augustini ita dicit
ostendit se non habuisse securitatem evangelii nisi auctoritate petri et ceterorum
esset roboratum apostolus enim paulus post christi ascensionem de celo vocatus
si non apostolis communicaret et cum eis evangelium conferret ut eiusdem societatis
esse appareret etiam illi omnino non crederet Sed cum cognovissent eum evangelium hec
annunciantem, quod illi in eorum collatione et unitate consentirent a credentibus
etiam, quod enim talibus signis qualia et operabantur Ita enim a domino

Beda

Aug

Aplus

Ambr
Jero
Aug

comandant autem quem ut per vos in ecclesia audiant o vox digna me
moria Et sequitur consequenter magis ad propositum nostrum Ipsa enim collatio eun
bonam doctrinam specialem expressa omni lepre pravitate invaluit. lepsi
enim quos dominus in ewangelio curasse dicitur et misisse ad sacerdotes ut se
eis ostenderent non absurde intelliguntur illi qui scientiam vere fidei non
habentes varias doctrinas profitentur erroris. nulla siquidem porro doctrina
est que vero aliqua vera intermisceat vera ergo falsis inordinate
permixta est bona doctrina. sicut lepram que bona corporis colorem
divisis locis variat atque maculat. ut ergo apostoli predicacio ab omni corru
pcionis lepra libera monstraretur cum aliis apostolis contulit ewangelium alii
enim non credet ecclesia ei hec ille glo

Quis ergo iam sibi reputabit singularem quod vas electionis paulus
refert et se gloriatur fecisse ut eius sacro cetui sacerdotum suam
doctrinam exhibeat ut ab omni corrupcionis lepra mundam esse noscitur magnus
doctor gentium ne in vacuum curret aut cucurrisset cum petro et ceteris apostolis
Jero contulit ewangelium ondens ut inquit beatus Jeronimus in quadam epistola per
eum ad beatum augustinum transmissa se non habuisse securitatem ewangelium pre
dicandi nisi petri et aliorum apostolorum qui cum eo erant fuisset sentencia robora
tum Quis igitur erit ad audendum tam preceps qui sensui suo tantum
confidens ut constanter doctrinam aliquam audeat affirmare que ab ecclesia
abbas moyses sancta dei non sunt approbata. et ut utar verbis abbatis moysi prout in col
lacionibus patrum recitat cassianus que de publica collacionis non
procedit officina Hec ergo ostendite vos sacerdotibus congruunt vero themati
ut doctrina vestra ab omni pravitatis lepra. hoc est falsorum cum veris
admixtione pura et munda sacerdotali iudicio comprobetur

Otero igitur istud et alia probacione firmare solumque lectio actuum apostolorum
hunc meum probat intellectum predicat paulus apostolus gentibus
cristum predicat eum passum et a mortuis surrexisse predicat et baptismum
gratiam et per eam remissionem peccatorum quod esset opus gentibus accumulavit hui
tamen adversus eum quidam descendentes de iudea dicentes nisi circumcidamini
secundum moysi preceptum non potestis salvi fieri. sit unde non pura sedicio ac si
dicerent illi paule tua doctrina vero lepra infecta demonstratur dum con
fessos proinstens qui ex dei lege dignaciores excludis. tamen unde statuunt
ut ascenderent paulus et barnabas et quidam alii ex aliis ad apostolos et pre
sbiteros in ierusalem super hac questione Vadunt ergo et sacerdotibus se osten
dunt cum vero themati precassissimi et sequitur convenerunt quoque apostoli

et seniores iudice de quo hoc et reliqua que actum apostolorum c. xv sed
situs beato gratulatur sit ecclesie universale concilium et hec ibi questio diffinitur
hunt procul dubio quomodo iste laudabilis sint in dei ecclesia introducta
ut cum de hiis que ad fidem pertinent questiones agitabunt ad generalia
concilia deferantur quod possem magna exemplorum antiquorum copia
comprobare, quorum tamen pauca subsapientiam sciens horum et aliorum vero
ceterum vestris sapientias non latere

Insurgit doctor clarissimus Cyprianus cum lxxx episcopis et consen
cientibus in provinciali concilio affricano ymo antea ante ipsum
surrexerat agrippinus episcopus qui magne fuerat auctoritatis et consuetu
dinem ecclesie de suscipiendo ad unitatem ecclesie sine nova habitacione
ab hereticis baptisatos vehementer reprehenderunt et ipsi ab aliis argumentur
Audit Cyprianus a papa Cornelio dilectionis tue non delectabilia et
contra fidei regulam scripta suscepi et ita quod dez tante urbis antisti
tem excellentissimum doctorem. Dum putas heresis produmdum iterum
baptisma hominibus audeas maculare Dum eundem doctorem excellentissimum
vituperat et tamen eius doctrinam reducunt In hoc quid aliud est
nisi ut dicat eius doctrinam falsi erroris permixtione quasi lepre macula
esse infectam Unde unde sit generale concilium et plenarie diffinitionem
concilii beati Cypriani et aliorum opinione repulsa per consuetudo ecclesie
declaratur prout hoc latissime beatus Augustinus scribit in libro de unico
baptismo contra donatistas

Post hanc disputationem magister Johannes de Cortilla ambasia
tor illustrissimi domini regis Castelle ponit summam Wilhelmi al
tissiodorensis qui fuit celebris doctor et antiquior sancto Thoma et Alexan
dro de halis et ab ipsis allegatur Iste in quarta parte ti de sacramento
altaris prope si fit post commodum an debeat intincta hostia dari sic dicit
Item nota secundum hugonem quod laicus non debet dari sub duplici specie corporis
domini propter triplicem rationem Prima ne accidant de toto sub utraque
specie non sub una Secunda propter periculum quia sanguis liquidum est et cito
posset effundi Tercia est quia in lege dicitur quod in omni sacrificio cum li
bamen de quo nichil habebant offerentes licet de sacrificio haberent Ideo
cum libamen sit signum sanguinis et sacrificium corporis iuste instituit
ecclesia ut sub specie panis tantum dicitur

Item adversus Flavianum Constantinopolitanum episcopum eutices in
surrexerunt negantes cristum carne consubstancialem vel quo [illegible] mada

Flavianus Constantinopolitanus — Euthices

Vilhelmus Altissiodorensis prior da s thama et Alexa de Hales et ab ipsis allegat

Cyprianus

Vilhelmus Altissiodoren pot zeg [illegible] ipsis [illegible] sub specie vi

virgine suscepisse sit de hoc altricatio mmus magna tamen tandem sacro
Calcedonensis synodus finem imposuit prout in epistolis leonis pape et ge
stis Calcedonensis concilii sit legentibus manifestum
Sed horum similia vellem in hac materia recensere dies me plus
ipsa relinqueret quam series narrandorum Volo tamen de recentioris
temporis antiquitate quam notissimum memorabor Cum magister Petrus lumbardi
librum sententiarum et alia egregia opera compilasset Abbas Ioachim doctrinam
eius de trinitate redarguit scribens statutum sed sub Innocentio iii celebrato con
cilio in quo libellus ille abbatis Ioachim dampnatur et dicti magistri
de p lubardi. Petri lumbardi sententia approbatur ut legitur in c. dampnamus de summa
trinitate et fide catholica Non ergo immerito beatus Augustinus scribens
Aug. ad Ianuarium inquit quod plenariorum conciliorum in ecclesia sa
luberrima est auctoritas Verum dei illa enim per ipsum negocia ecclesiastica terminari
urget quod et nos maxime in iuncto nil de sa
cratarum rerum doctrina vero iudicio vendicare Sed quecumque
disputationis inter vices attingant subderem arbitrio sacerdotum quorum
eorum est alta sublimitas et scripture sacre per quam habentur magne
profunditates Et enim ut inquit Bernardus in de consideratione ad
Bernardus Eugenium libro v que supra nos sunt non verbo docentur sed spiritu
revelantur Et beatus Ieronimus in epistola ad Paulinum Revela inquit
Ieronimus o domine oculos meos et considerabo mirabilia de lege tua Si tantus prophe
ta tenebras ignorantie confitetur qua nos putas parvulos et pene la
ctantes misterii nocte circumdari Hoc autem velamen non solum in facie
Moysi sed in evangelistis et apostolis positum est Turbis salvator in
parabolis loquebatur et contestans misticum esse quod loquebatur agebat acclam
ans Qui habet aures audiendi audiat Nisi aperta fuerint omnia que scripta
sunt ab eo qui habet clavem David qui aperit et nemo claudit et nemo
aperit nullo alio reserante pandentur Hec Ieronimus Ubi superioribus
concordant que scripta sunt in prologo Biblie ubi dicit Lex spiritualis
est que revelatione indiget et que tam ab omnibus nota sunt temere
rasse sufficiat Ubi quod aperte reprehendunt eorum qui putant sua ipsa
lectione misteria sacre scripture sine suo doctore percipere Ubi quam maxime
ubi dicit Taceo de meis similibus qui si forte ad scripturas sacras post
litteras seculares pervenerint et sermone composito aures populi mulserint
quidquid dixerint hoc legem dei putant que in dicto prologo legen
da relinquo eandem pene sententiam Beatus Ieronimus super illo versu psal

Revela oculos meos et c. Ambrosius posuit et scitur e(st) postea Cassi Cassiodor(us)
odorus dicens Revelare dictum est remouere quod velut opimento igno
rancie interior aspectus abducitur et nisi manu dei fuit. hoc velamine
ablatum scripturas sanctas lumine cordis non possumus intueri Et beatus
Gregorius super ezechielem ~~[illegible]~~ exponens illud et aperui os meum et cibavit Greg(orius)
me volumine illo sic inquit os aperimus quum sensum ad intelligentiam sac(ri)
verbi preparamus Itaque ad vocem domini propheta os aperuit quia ad spiritua
lium diuina precepta cordis sui desideria inhiant et de cibo vite aliquid
sumant Si tamen hoc apud sincere intratur virtutis non est nisi ipse
cibauit qui ut comedam iussit Ille enim cibatur qui post esse nos pot
et quia ad capienda verba celestia idonea nostra infirmitas non est sp
nos alit qui nos in tempore trinitatis mensura temperat et ita omnipotens
deus quasi tenens ad os cordis sui manum porrigit quando nobis
intellectum aperit et cibum sacri alloquium in nostris sensibus immittit Cibauit
nos ergo volumine cum ipsum nobis scripture sue dispensando aperit Hiis
Beatus gregorius huius concordat et aliud quod legitur in Canone xxx gregorii [illegible]
in di relatum est Ita dicit Relatum est nobis quod quidam in nostris partibus
commorantes sanis doctrinis aduersantur et pro ut eis videtur non solum
secundum traditiones patrum sed secundum suum sensum docere videntur multos
enim quod ut audiui vestrarum partium ingeniosos homines ex huius que le
guntur similitudines trahunt Et ideo diligenter observandum est ut lex dei
cum legitur non secundum propriam virtutem ingenium vel intelligentiam legatur
vel doceatur Sunt enim multa verba in scripturis diuinis que possunt trahi
ad eum sensum quem sibi sponte unusquisque presumpserit sed non opportet
Non enim secundum alienum extrinsecum et extraneum debetis querere quoquo
modo ipsum ex scripturarum auctoritate confirmet sed ex diuinis scripturis ipsum capere veri
tatis Et ideo opportet ab eo scientiam discere scripturarum qui eam a maioribus Nota [illegible] doctrina sacra scripturas [illegible]
secundum veritatem traditam servat. hec Canon. Possem et hec que predicta
sunt multis auctoritatibus confirmare Sed puto apud veras sapientias
opus non esse ut bonum est hos abbreuiare sermones vel remaneam
ad negotium principale Nam satis ex predictis ostensum extimo neminem
in rebus istis diuinis in sensu suo debere considere sed neque alicui fidei
et magni doctoris cum et beatus Ciprianum cum lxxx episcopis in Affricano
prouinciali Concilio Et tam prius Agrippinum cum alio etiam prouinciali
Concilio constat errasse At etiam magnum et preclarum virum illum Origenem
qui tamen multa excellentia scripsisset. Sed et totum se sua ex dicta

submitte iudicio ecclesie patre sancte de nullo enim doctore certum tepn
tare debemus in doctrina fidei tamen esse quod dixerit nisi ecclesie que secundum
appostolum ad Thimo est columpna et firmamentum veritatis et que assiste
ne spiritus sancti promissionem accepit sunt iudicio complectitur Non enim quia
augustinus aut Jeronimus aut quiuis alius ita scripserit eorum scripta autentica
tica sunt sed quia ab ecclesia recepta sunt Ipsa etiam ecclesia pro multis
que dicebant Canonica et actus apostolorum illos libros qui in corpore bi
blie communiter habentur communiter recepit Aliquos apocrifos reputauit vt
Judith librum quem tamen sinodus canonicis scripturis admisit Sed et Tho
bie librum et multa de daniele et aliis que iudei non habebant
in canone biblie auctoritas ecclesie congregauit magnus doctor vir
ille B. Jeronimus cum fidei scripta dictasset ad damasum papam in
fine ita submisit hec est fides beatissima papa quam in catholica didi
ci ecclesia quam semper tenui in qua si minus perite aut parum caute ali
quid positum est emendari cupimus a te qui fidem et sedem petri tenes
etc. ergo in expressione | Sic et doctores ceteri tam in actibus quam in scri
ptis suis iudicio ecclesie sua dicta submittunt Vnde et mos laudabilis
inoleuit in vniuersitatibus studiorum super hoc in actibus scolasticis
protestari ecclesia vero tamen decidere determinare corrigere et emendare non
est solum predestinatorum incognita congregatio sicut aliqui delirarunt
Sed ut illa que communiter complectitur cristianos secundum ut pridem magister
Johannes optime dixit que in potestate regiminis spiritualis que est ut beati
Jeronimi verbis utar xxiiii q. i c. omnibus claues accepit ac potestatem
soluendi et ligandi quam si quis corripientem non audierit reputari Sed
ut ethnicus et publicanus hoc per sacrum generale concilium vocaliter vnita
sicut iam supra dictum est et possit hoc multis plurimis auctoritatibus con
firmari sed opus non est tamen et hoc ipsi domini ambasiatores inclyti
regni Bohemie fatebantur et ex compactatis et obediencia prestita per amba
siatores et nuncios dicti regni apud yglaviam in manibus legatorum
huius sacri concilii constat aperte Illi siquidem pro se et omnibus tam
spiritualibus quam secularibus hominibus hoc est clericis et laycis per conue
nientiam debitam et obedienciam canonicam sancte matri ecclesie sacro generali
concilio ipsam representanti Romano pontifici Cum est ergo a sacra synodo
de has in eas disputaciones et allegaciones audire quam ergo magnum vel
Thematis hormo sacerdotibus que ostendo quod inter utique quidem si

verbis utar Ieronimi vasis electionis magistri gentium qui de constancia tali in se hospitis loquebatur dicens An experimentum queritis eius qui in me loquitur cristus ut promissum est Non erubuit hoc vas apostolus et sacerdotibus qui ante in ullum se ostendere et de questione quam habebat de diuisione euanda Conciliorum iudicium expectare Si athanasius Si aurelius si Ieronimus Si magister sentenciarum et quam plures huiusmodi de quibus ego nullo modo compar immo vix eorum idoneus discipulus nuncupari sum dignus omnes iudicio sacrorum Conciliorum se et dicta sua humiliter submiserunt quanto magis ego debeo me et mea dicta submittere ostendo ergo me sacerdotibus celeberrimi presque me doctrinis patrum suscipere memor etiam scripture deuteronomii xxiiii obserua diligenter ne incurras in plagam lepre sed facias quecumque docuerint te sacerdotes leuitici generis iuxta illud quod precepi eis et comple sollicite memento que fecit dominus deus tuus marie in via cum egrederemini de egipto Ieron

Nunc ergo coram Reuerendissimis Reuerendis ac presentibus hanc vellem

disputacionem audire coram quibus mea cuncta libere et si qua fuit admixtio falsitatis tollere et confestim corrigere emendare veram compilacionem ad puritatem deducere et sic validatus fuit sine vulnere reddam deo graciarum actiones et laudes ne ingratus inueniar quia coram ego sum hodie in comitatu sancte matris Ecclesie constitutus que per illud comm. in throno illo de quo thema memoratur significatur ut glosa dicit ibidem et lacius inde questionibus

Ex angustiis enim et de hiis venerabilibus magistris ambasiatoribus inclitii regni Bohemie sentio cristi caritas me compellit quod et iudicare ab eis presencialiter emisse Nam enim non per caritatem firma in matris gremio hoc parui fratres lactabuntur memores throni verbi quo dicitur quod mensi efficiuntur ut paruuli regni celorum regnum ingressi Et ideo qui cadet non indignabitur non lugebit sed succumbens letus orat ad sobrias matris disputaciones non loquentes sophistice quia ut sapiens dicit qui sophistice loquitur odibilis est Ecclesiastici xxxvii Non euasiones querentes sed attingere veritatem suam ac doctrinam Nemo eum frontem ad resistendum duriorem parabit sed beniuolum et dociles pectus aperiet se feliciorem cristianis quanto benignius quanto ac prompcius acquieuit veritati sapiens

Iam ergo disputacionis huiusmodi negocium aggressurus quia ut eciam prius

placaunt. Sicut et in Thymoteo Platonis legitur quod tanto magis
a nobis servandum quanto nobis continue gradimus veritatis illuxit quod nos
omnibus est et quam quedam religio quam de maioribus rebus acturi sunt
precum divinitatis auxilium ipsum humili et devota oratione cum omni simplici
tate decreveri. gratia qua in re adiuvante me primo supplico etiam ordinibus
vestris aut meum si placet sanctissimis vestris cordibus in celum levate
et mecum orate. Pater omnipotens cum Cristus qui predicabat veritatis dei
de doctrina nomine patris eterni qui est veritatis via atque vita spiritus alme qui
promissus est a Cristo quod omnem veritatem doceret ac etiam nec non mansuri
Tres eterne et coequales persone sed una simplex essentia causa constitute
commissitutis ligno percipiende veritatis et fons bibende felicitatis illustra
mentes prepara corda nostra compone ut eluceat veritas. fervescat caritas
ut ab omnibus adipisci mereatur summa et eterna felicitas. Tu vero precibus
matris Maria virgo dignissima mater dei. fiant audibiles tuis intercessi
onibus preces nostre. Celestes virtutes celestis curie archangeli Michael cum
commisso cetu spirituum beatorum. fundamenta militantis ecclesie apostoli sacrosancti
gloriosi pugiles fidei martires Jesu Cristi. doctores sancti velud micantia
sidera in firmamento ecclesie refulgentes. Virgines surgentes sicut lilia puritate
preclare cum commissis electis in beato celi gloria eterna felicitate ditatis sub
venite queso precibus intercessionibus vestris impetrandum quod ex nobis potest
apud deum deprecando simul si vestro fulciatur suffragio
Exigit locus presens ordinem prescribi agendorum quam vos in nobis potest ex
pravitor quia si libris que compactata sunt continetur circa quod totum regnum
Bohemie loquitur iudici nomine. Anne. Cum me legatus nos Ac. gubernator
regni Bohemie barones nobiles milites clientes Praga civi
tas et cetere civitates ac sacerdotes generaliter congregati etc. / In primis
recepimus acceptamus et fatemur veritatem Catholicam realiter et in effectu
in veritate fidei catholice et conformitate vestris sancte romane ecclesie nec non
bus aliis quam in gesta communionis utriusque speciei iuxta dictorum capitulorum
sedem et tenorem tenere firmare defendere et promittimus. Forma quidem compacta
torum sic habet etiam maiestatis etc. legatur. Est ergo primo iste articulus discu
1) tiendus quo ad materiam de precepto. Ideo ad eam primitus Cristi assistente gratia
2) respondebo que sunt utilius allegata. Deinde veniatur ad illud quod in
principio fuit dictum. illud vero quod in medio positum est de parvulorum
communione ipso compactatorum serie repellitur evidenter. Cum enim conforte

de debeant fidei et virtus similis etiam in omnibus aliis qui in usu communi
vnius cuiuscumque speciei iuxta dictorum compatatorum fidem et tenorem compa
ctata vero certas personas admittunt et paruulos parentes excludunt vnde ius
fidem compatatorum et eorum obseruantiam commodis paruulorum debitum iam
cessare nec debet disputationibus agitari quod ab commissa sequatur eciam
et est materia pactacionum firmatum nichilominus si iusserit hec sita bimodo
allegatis dabo deo suffragante responsum

Ante omnia hec censui premittendum quod totus processus istorum venerabilium
magistrorum talis esse videtur ac si quis compilaret multa originalia dicta
sanctorum doctorum . et canonum de laudibus et premiis matrimonii de quibus
compressissime repeteret et postea susciperet illud diuinum preceptum in lege
nature toto generi humano impacientibus primis datum Crescite et multiplica
mini Gen. primo Quod indubie doctores concedunt esse preceptum diuinum
legis nature prout concedit sanctus Thomas in summa contra gentiles
parte iii ti 13 20 et in secunda secunde question iii ar.lo 2o In primo
argumento et responsione ad primum et inde vellem concludere dare operam
procreande soboli esse de precepto dei et necessitatis salutis omnibus et singulis
cristifidelibus et sic etiam non potuisse induci continentiam sacerdotibus omnibus
quia tenentur ad nupcias et continentium statum dampnaret

Vel si quis congregaret multa originalia dicta sanctorum doctorum et ca
nonum de laudibus magnis quam utilitatibus et meritorum cumulis officii
predicandi verbum dei et postea subiungeret quod cristus apostolis nondum sacerdotibus
primo ante cenam ut scribitur Mathei decimo primo et omnibus lxxii
discipulis ire evangelizare et predicare mandauit in primo Mar. 2o lo iiii
tio ceterum commisso Luce nono 4 Tu autem vade et annuncia regnum dei et
ex hoc concludere vellet quod omnis cristianus tenetur per primo et 2o predicandi
officium exercere astrictus diuino precepto

Aut si quis laudes voluntarie paupertatis et actualis abrenunciacionis
propter cristum congereret de quibus habundantissime reperit et postea susce
pto verbo cristi Luce xiiii omnis ex vobis qui non renunciauerit omnibus
que possidet non potest meus esse discipulus includere niteretur esse de necessitate
salutis cristi quam precepto Vel si quis congregatis dictis canonum et do
ctorum et sanctorum de trina immersione in baptismo que multo approbata
dicuntur a doctoribus sanctis et non minus expresse sonat esse preceptum
sicut ille pelagii pape de c. d. in . multi vobis sic dicit Trinam vero

preceptum ipso domino et salvatore nostro tradente Nos admonet In nomine tri-
nitatis trina etiam immersione sanctum baptisma committi quod tamen Italia
eadem dicit in libro sententiarum de trinitate et ex hiis concludit sit esse de isto precepto et
necessitate salutis Cum tamen post multas altercationes Nam bappno bm
Ciprianum in hoc reprehendit et dixit eum in suo sensu abundare finaliter hoc
consuetudine remittitur mediante dei gratia concludit magister Benedictus magistri dicti bm
Gregorium de quo dicit quadragesima

Nam videamus in quo dicta nostra cessantur Nam de laudibus
ipsius divinissimi sacri magnis mirabilibus effectibus et virtutibus
non dissentimus sed erit de necessitate ipsius sacri Et enim tace nolo quod patet
ad dei laudem et proximi caritatem quia contra nonnullos remanentiam
panis in sacramento asserentibus hoc venerabilis magister Johannes Przybram
viriliter decertavit Sed et magister Procopius bonus servator eius fuit sed neque
etiam de necessitate ipsius sacri eukaristie sacramentaliter sumendi vel in voto simpliciter
esse dicam nostram Sed quod autem de necessitate salutis de precepto cristi sit commu-
nicare populum sub utraque specie sacramenti hoc enim videtur istorum dominorum
assercio quod cristi preceptum artat omnes et singulos fideles ad suscipien-
dum sacrum eukaristie sacramentum ipsum sub utraque sit quod consuetudo Italie non
valeret contra dictum erit prudenter susceptum. Hanc vero assercionem nemo
putet istos venerabiles magistros pertinaciter tenere quin parati sint informa-
cionem suscipere prout repetitis eorum protestacionibus ostenderunt sed etiam
pro communi consolacione atque leticia qualiter totus cetus magistrorum dominis
baronibus et aliis communi delibacione dedit Nam quatuor autem sunt domini le-
gati huius concilii sacri Prage moraremur ex cedula ista videbitis
que apud eos sunt conclusa et nobis secrete communicata sed iam tempus
est erit pateant in manifesto Dico enim pro vobis quod hec cedula dat nobis
spem continuandi et concludendi tractatus Alioquin forsitan non fuisset
mutuo processum Sed ad cognoscendum magistrorum bona intencione concepimus
spem perveniendi ad finem optatum favente domino Jesu cristo qui est pacis
et unitatis amator tenor illius cedule talis est

Postularunt nobiles barones et alii nobiles ut articulis quatuor
salubrem intellectum assignemus magistri congregati De libertate
verbi dei etc. omittam breviandi gratia tres articulos de quibus iam su-
sceperunt declaracionem quam hoc sacrum concilium faciet de isto videruntur eum
quam sincere secundum veritatem sacre scripture illos tres articulos declarat et ista

in compactatis confessi sunt De isto autem sic sequitur In cedula ingrossata
de communione sub utraque specie dixerunt quod est a cristo tradita et instituta ab apo
stolis et sua ecclesia practicata et quod est omnibus fidelibus et meritoria et salubris
dummodo fiunt in caritate iuxta limites ecclesie sanctorum patrum practicata / ad pre
ceptum vero necessitatem eius dixerunt / quod adhuc est eis dubium an cadat sub
precepto aut sub quali precepto / qualis ve pena illum sequetur qui hoc
preceptum omitteret / aut quouismodo non impleret / hec autem nesciunt per aliquod
Concilium alicubi fore diffinita Sed ex quo Concilium Basiliense nunc con
gregatum offert et dicit se velle iuxta ferre iudicium in talibus iuxta velle
doctrinas sacre scripture et sanctorum patrum antecessorum Ideo vadunt decisi
ones expectare Aliqui tamen dixerunt quia est certa necessitate conditiona
ta sed videlicet quod eius cognoscens iam ipsam fore talem / dum locus et tempus
affuit congrua ipsam amplectatur sub quibus penis et ... / hec predicti
non sic communicantes tamquam adhuc ignari excusentur / Et sua dicta ...
tes probare dixerunt quia communiter doctores ecclesie dicunt quod hec sacra fore
necessitatis / Duo libertatis ... prima aut etiam sacrum ... emulatur
processus dixerunt quod asserunt hoc idem quod doctores quales autem
consuetudines predictorum sacramentorum est necessitas Concilio interpretum
speramus ergo quia si in hac causa utriusque partis aliquis salubris intel
lectus dabitur et bona mens / multa congescent occasio bellandi tolletur
clamor conualescet patrem affectamus Hec in cedula

¶ Cum in dei nomine ad discutiendum ea que per dictos ingrossatos al
legata sunt veniamus de quibus communis est in summa dicendum
sed quod licet multa dicta et allegata sunt / tamen nec communiter doctorum alle
garunt in questione in propriis terminis pro eis deseruientem / multa quidem dicta
sunt que in augmentum deducuntur ad que deo propicio bene respondebitur
Sed quod aliquis doctorum ex intencione diffiniat quod de necessitate salu
tis et de cristo precepto sit / communicare populum sub utraque specie / Ita de precepto
quod neque consuetudine ecclesie possit fieri / quod liceat nos consuetos
communicant sub specie panis tantum / nec ad suscipiendum secundam speciem teneatur
nullum penitus allegarunt doctorem Sed licet mihi non incumbit onus
probandi aliquid / quia et cum assit / onus probacionis incumbit Et ita ad eos
pertinet articulum suum probare / mihi autem satis sit / probaciones eorum elidere
et consuetudinem ecclesie defendere Nichilominus produco in medium magna

Doctorum copiam qui de intentione questionis tractantes pro ista parte diffiniunt talia que dicunt quod ipsa sacra de non possent Dicendum esset quod de precepto cristi et necessitatis salutis omnes de populo cristiano seu non conficiendo eukaristie sacramentum sub duplici specie tenetur Ego autem per dei gratiam salvabo omnia dicta doctorum que ad conclusionem meam repugnare in mea principali secundum tenorem dictus stabit consuetudo ecclesie laudabilis et per maiorem partem accipiam doctores per eosmet allegatos et in locis ubi de intentione ad materiam propriam loquuntur Ita quod meo acceptus petas hinc inde ubi alia tractantes incidenter aliud dicunt quod ad propositum traxi possit secundum quod ad materiam de intentione loquuntur

Thomas — Tenat primo sanctus Thomas quia satis canonisatus et a magistris frequentissime allegatus super quarto sententiarum ubi tractatur de materia sacramenti articulo i q i in responsione ad tertium ubi dicit populo non datur sanguis etc et propter periculum Item in eadem distinctione ubi tractat de frequentatione huius sacramenti articulo ii q ii in ad tertium ubi dicit quod sacerdos celebrans qui altero tantum sumeret supposito sacramentum perageret non reus sacrilegii iudicatur de q dicit quamvis dicitur autem est de aliis qui hoc sacramentum non conficiunt quia eis subtrahitur sanguinis propter effusionis periculum unde sacerdos in pasche qui non consecrat corporis sine sanguine sumit Item in tertia q lxxx articulo xii in corpore q t et in fine ad secundum ubi sic per dicit perfectio huius sacramenti si populus sumit corpus sine sanguine dummodo sacerdos consecrans sumit consecrans utrumque Item super evangelio Iohannis vi ubi eandem sententiam late prosequitur et facta oppositione quod non solum manducatio sed et sumptio sanguinis est de necessitate salutis dicit quod solus sacerdos comedit sanguinem Reliqui vero corpori non est contra sententiam domini qui comedit corpori comedit etiam sanguinem quia sub qualibet specie totus christus continetur

Nicolaus de lira — Similiter Nicolaus de lira qui postillavit totam bibliam super illo verbo Iohannis vi Nisi manducaveritis carnem filii hominis et sanguinem eius biberitis Ita dicit Non est per hoc intelligendum quod hoc sacramentum sub utraque specie sit fidelibus exhibendum Sed tamen hoc modo a sacerdote sumitur licet enim in primitiva ecclesia populus sub utraque communicaret tamen postmodum ordinatum est ut non comedet sub specie vini Iste doctor non ignorabat textum Iohannis vi quem pre oculos habebat nec consuetudinem primitive ecclesie et tamen ecce quomodo loquitur

Erant et alii postillatores qui pro isto non ignorabant textus quos
postillabant. Fuit dominus Nicolaus de Lyra per ipsos magistros sepe
allegatus. Videmus idem de domino Hugone Card. postillatore totius Biblie. Item hugo
mgr Alexander de Alexandria in postilla sup Joh. vi legatur ex eius libro
quia tedet me scribere omnia. Et sic haberemus quamque doctores qui postillatores textu
aut Evang. aut epistole Pauli etc. in ipsis locis declinant pro me. Et hoc de isto quod
sit potius recipiendum puto si cerneremus plurimos reperiremus multo plures

Erant et alii doctores celebres et famosi. Veniat ille antiquus et famo
sissimus doctor Alexander de Halis in quarta parte summe et materia propria alexander
et de hoc specialiter mota. Item Albertus magnus et famosissimus doctor quasi in albertus
sermonibus de corpore Christi puta de consideratione sanguinis Christi ubi non quod
sit in sacramento sumitur ita dicit. Secundo innuitur quare plurimum accepit san
guinem sub specie vini. Sicut huius rei res et ratio ad longum per duas columpnas
legatur et hoc etiam est in tractatu de corpore Christi. Item mgr Bonaventura
devotissimus et profundissimus doctor per magistros etiam allegatus sup iiii sententiarum
di. xi q. ii innuitur utrum utraque earum specierum sit de integritate sacramenti.
Ita dicit. Item fideles integrum et perfectum sacramentum recipiunt quo ad efficaciam, sed quan
tum ad significanciam sufficit quod etiam fiat in cena pridie. Licet ergo quod ipse sumat
piat propter periculum effusionis et propter periculum erroris

Accedat mgr Richardus de Media Villa doctor in sacramentalibus et Richardus
practicus valde solidus et securus sup iiii sententiarum di. xi in q. sic
dicit. 6to queritur utrum sacrum eius debeat populo ministrare sub utraque specie. Respondit quod
non propter periculum effusionis et erroris etc. Et addit quod tamen maiorem efficaciam
recipiunt illi quibus datur sub altera tantum.

+ Erat preterea dominus Innocencius vir qui in vita sua sufficit exemplum com
pilavit nobis symbolum fidei de summa trinitate et fide catholica firmiter et multa alia solemnia Innocencius
scripsit et per magistros sepe allegatur in tractatu de missa forte parte libri. Quia non
ita expresse sicut predicti et infra dicendi, sed tamen ea que ipse dicit cum assertione
presenti veritatis stare non puto. Nam interrogat: Si panis sine vino et econtra
valeat consecrari, dicit quod sub sola specie panis de eius sui autem intelligitur in re
gionibus in quibus vinum non potest licite posset aliquid consecrari hoc primo
quod sub una specie sola panis deservire non posset stare cum veritate prima et practica
Bohemie quia contrarium speciem reservat. Hinc fit etiam quod dicit utrum in
dis. Cibi dicit quod eius non datur intincta. Constitutum dicit per heresi comprehenda

que dogmatizavit tristem sub neutra specie totum Certe similis error videretur dari
sumentes sub utraque specie ministrare sicut veteres doctores dicunt

petrus de tarantasia — Item venerabilis dominus P. de Tarantasia doctor celeberrimus doctrine subtilitate
mirus ad apicem summi pontificatus assumptus hic clarius hanc questionem declarat
super iiii^a sententiarum di. xi. circa finem secundum problema ar. iii. ubi factis pluribus
argumentis ad que respondit ut infra in corpore questionis dicit quod in sacramento
est ratio signi et ratio cause Significatio pertinet ad sapientiam sed causalitas ad graciam
quantum ergo gratia communiter omnibus necessaria est sed quantum sit sapientia Efficatia vero eque
est sub utraque specie in qua potest tradi tunc convenientia et cautela maior communicationibus
omnibus vero cum et presbiteris et ministris sumitur sub utraque specie Ad id de fortitudine
expressius in forma magis expressiva similitudo quod tamen potest magis mentalitudini
quam corporis secundum utilitatem magis convenit ei secundum exteriorem speciem Et quod quod tradatur
sub specie communi sed tamen panis ad illud de cibo sive potu Et videtur sub utraque
specie est cibus et potus secundum rem significatam expressius quam secundum speciem significatam
Ad id nisi manducaveritis etc. videtur sub utraque esse corpus manducatur et sanguis
bibitur in re hoc quod in signo expresso Ad id de ecclesia grecorum videtur
expressius ibi bene faciunt tamen latinam ecclesiam predicta ratione Ad idem est P. de

P. de paludc — paludes iiii di. ar. lo primo q. ca secunda conclusio est quod fidelibus non datur sub utraque 1 non
specie sed solum sub specie panis propter effusionis periculum. Sed olim offerentes cede
bant de sacrificiis et oblationibus que erant in materia solida sed soli ministri de

scotus — libaminibus que erant in materia liquida Ad idem est scotus super iiii sententiarum di.
viii. articulo tertio circa finem Videtur illa integritas requiritur in consecratione
utraque videlicet sumere corpus et sumere sanguinem Non autem requiritur in qualibet
perceptione quia laicus bene percipit corpus non sanguinem Sed requiritur in illa
perceptione que consequitur consecrationem quo licetur in illo c. comperimus Item dominus

hanibaldus — hanibaldus doctor clarissimus multo studio et virtute ad cardinalatum assumptus
super iiii sententiarum di. xi. super illa parte textus Sub alia autem specie q. 2 ubi
premissa distinctione de efficatia vel significantia dicit quod ad efficatiam sufficit
una species ad significantiam requiritur utraque quod fideles non recipiunt sub specie
sanguinis propter periculum effusionis et erroris Et reperitur allegatum wilhelmum

wilhelmus — parisiensem de sacramentis parte tertia ubi dicit Si a sanctis aliquid dicitur quod san
guinis ille sanctissimi unda fidelium fundatur intelligere quod committitur
et hoc tamen ipso et in ipso sacramento corporis tamen est. sed istum non computo Item

Johannes — Johannes in summa confessionum libro iiii ti. xx. q. x. Item astensis in

10

sua magna summo libro qui ti. Nemo legatur / Item summarium scrip(tum) de colonis
sarum scrip(tum) de corpore et sanguine legatur Item dominus Armachanus primas Hiber-
nie quem magister Johannes de Rokyzana in magno sermone allegabat sed
ipse declinat contra ipsum li. q. c. 1 et 8 circa idem legatur Item compendium veritatis
Theologice quod magister Przibram allegat sub nomine sancti Thome sic a multis
allegatur. Sed revera non fecit eum sanctus Thomas li. 6 c. 1 ti. primum
: Item recitat doctores canonum glo. or. et archidiaconus in Rosario
de c. di. 2. c. pervenit et c. comperimus legatur Alanus quod fuit testimonium presbyteri et pro
petro Aureoli et Guillermo de Monte Lauduno quem magistrum tam detestabiliter Guillermus
allegarunt et condempnarunt pro uno verbo quod per eius facere videtur. De quo suo
loco dicetur. Si in questione sit dicit pulchre laudat bone memorie dominus Rudolphus
in pastorali quem tanto magis merito debetur magis memorie retinetur iste in fine de
communione infirmorum ad finem sic dicit Cum et ubi cautela sit ne presbyter egrotus
aut famulus tribuat laicis de sanguine Christi quam fundi possit leviter sine eo quod pu-
tare quod Christus sub specie cristus est totus sub utraque Circa premissa doctores clarissime
et perfectissime loquentes ex intentione et in propriis terminis attestantes omnibus
esse de necessitate salutis populum sub utraque specie communicare et similia plures quam
viginti de libris quos potui habere reperire. Puto si Romae Parisius vel alibi mihi
esset maior librorum copia multo plures aggregassem. Si et in libris meis testes
multa aliena doctorum et sanctorum qui hoc predicando approbarunt. Quia vero esset
quod Christus reprobatur omnis doctor qui contra istam consuetudinem communicet vel eam repre-
hendit sicque contra dei preceptum venit. Tunc tamen bene reprobarentur aliqui aut si sunt alia
reprehendere que irreprehensibilia videbantur Numquid predicti doctores ignorabant
illas auctoritates Jo. vi de cena domini per tres evangelistas et paulum apostolum Certe non
ignorabant nec ignorare aut oblivisci poterant. Quia tam frequenter in Ecclesia le-
guntur et per eos sunt sepissime allegate glozate postillate et titulate. Sed nec
ignorabant dicta antiquorum doctorum scilicet beatorum Ambrosii Jeronimi Augustini
sed sciebant verum intellectum eorum sicut a maioribus suis per temporum successiones
didicerunt Et ideo quod sine causa dicit glossa Cano. Exxvj di. Relatum quod ex
dissensione scripturarum quem ea a maioribus secundum veritatem tradita sunt Cre-
dendum est quod melius sciverunt verum intellectum beatus Augustinus et alii antiquorum
doctorum Sanctus Thomas vel alii doctores per me sepius allegati quam
nos qui nunc sumus sicut a magistris suis didicerunt. Omnes etiam scimus quod de
omnibus sine intellectus textum accepimus a doctoribus dominum bene textum

Ita intelligunt doctores et illi intellectui adhesimus et doctores modernos declarant antiquos quod in maxime est locum in doctoribus istis. Item quia de levi
modum loquendi non parum devitet a modo loquendi consueto, propterea oportet
intellectum accipere ab his qui a magnis suis antecessoribus didicerunt et qui
ex frequenti usu legendi et comparationis ad invicem dictorum in diversis locis
faciunt sibi quandam familiaritatem et intelligendi promptitudinem, sicut dicit beatus
Augustinus in 2o de doctrina christiana: Non ergo agendum est quibus magis
adhibenda sit fides, tamen ut se non contradicat, cum sane fuerit intellecta, sicque quidem
omnium concordantia apparebit. Et communis consuetudo sacre ecclesie, sacerdotum et ad populum
laicalem vel etiam clericos non consecratos, non est de precepto Christi, nec tamen consue-
tudo irrationabilis est, sed est laudabilis et rationabiliter introducta, ut super predicti
doctores manifestissime attestantur.

Cum ergo spiritu sancto dirigente ad discutiendum dicta et allegata per dictos
magistros devenamus, inter que primo ponitur quedam distinctio de dupli-
citate necessitate, quam ego reputo multum utilem ad intelligentiam huius materie, si recte
et apte ponatur et perfecte intelligatur; quam ego omissa eorum positione, que
in bona parte loquendo non perfecte materiam explicat, presentem volo ad literam ex verbis
beati Thome in ultima parte q. lxv articulo quarto, ubi querit utrum omnia
sacramenta sint de necessitate salutis, et in corpore q. ita dicit: Respondeo dicendum quod necessarium
respectu finis de quo loquimur dicitur aliquid dupliciter: uno modo sine quo non potest
esse finis, sicut est cibus necessarius vite humane, et hoc simpliciter est necessarium ad finem; alio modo
dicitur necessarium id est sine quo habetur finis non ita convenienter, sicut equus necessarius est ad
iter. Hoc autem non est simpliciter ad finem necessarium. Primo ergo modo necessaria sunt tria sacramenta,
duo quidem persone singulari: baptismus quidem simpliciter et absolute, penitentia autem
suppositio peccato mortali post baptismum; sacramentum autem ordinis est necessarium ecclesie, quia
ubi non est gubernator populus corruet, Proverbiorum xi. Sed 2o modo sunt necessaria alia sacramenta.
Hec Thomas ibi.

Cum ergo videamus in quo genere necessitatis ponitur eucharistie sacramentum: quo non est
in illo sine quo non potest haberi salus, sed in illo sine quo non ita convenienter.
Et huic concordat dictum eiusdem sancti Thome super iiii sententiarum di. ix. de quo
magistri proponentes valde festinavit etiam in fine sue positionis dictum eorum
sancti Thome super iiii sententiarum di. xx in solutione ita dicit: Dicendum quod hoc sacramentum
de sui institutione prima gradus non sit de necessitate salutis, tamen ex institu-
tione necessarium efficitur, et sine hoc necessarium esse non simpliciter sine quo non esset
salus, sed ex suppositione finis, scilicet si homo in vita spirituali firmus persistere velit.

Hic ille Thomas

Nam videamus necessitatem huius sacramenti duo simpliciter sacris quia adsunt de duplici spe quo loquimur secundum sunt de sacris primus sacramentalis necessitas sine quo non est salus sed si vult homo proficere firmus in vita spirituali. Et ut hec materia plene elucidetur quia etiam in serius allegantur per opponentes / glo. canonum et doctores ad hoc quod omnia sunt sacra necessitatis ... sed notandum est in c. clemens de trans. hec et alia huiusmodi que etiam in scripturis timere esse nimis plures vellem alicuius enucleare secundum propter hoc tamen dicam ut hec omnia de sacris necessitate que dicuntur esse omnia lucidius elucescant. Dominus petrus de palude super quarto sententiarum distinctione nona tractans istam materiam allegat duo glo. Et dicit quod canoniste sic dicunt sed theologi communiter sic dicunt quod duo tantum sunt necessitatis baptismus et penitentia alia sunt voluntatis ipse probat et bene quod matrimonium et ordo sunt necessitatis quia sine matrimonio populus dei licite propagari non potest nec illud divinum preceptum adimplere licite crescite et multiplicamini ordo autem est necessarium sacramentum quia sine illo cetera sacramenta ministrari non possunt nec confici eucharistia. Item quia sicut sapiens dicit ubi non est gubernator populus corruet. Ecce illa duo que a canonistis dicuntur voluntatis probantur esse necessitatis. Quid ergo in ista que videtur contradictio doctorum. Dico quod omnes dicunt verum diversis respectibus et eorum dicta bene intellecta non contradicunt sed siquis non intelligens aut non bene advertens diversos respectus et consideraciones doctorum capud frustratus eorum que respuit in eisdem. Nam ista duo sacramenta matrimonium et ordo sunt necessitatis et voluntatis necessitatis quo ad communitatem quia necesse est ut habeantur et exerceantur alioquin deficeret populus dei sed non sunt necessitatis sic quod quemlibet homines arceant ad suscipienda quia non est opus quod omnes ordinentur nec omnes obligantur ad matrimonium contrahendum sic ergo sunt voluntatis et necessitatis diversis respectibus. Ponit preterea idem doctor aliam declaracionem valde utilem et hec est valde attendenda et memorie tenenda dicit enim quod illa sacra sunt necessitatis quorum effectus est ad tollendum defectum incompassibilem saluti sicut baptismus quia secundum apostolum omnes nascimur filii ire et spiritualiter mortui. Effectus autem baptismi ut renascamur filii gratie et vivamus vita spirituali. Si postquam baptisatus est homo

non peccaret vita vivet melius. Si autem peccat morietur et si interim
moriatur necesse est sacramento penitentie ut resurgat et sit effectus horum duorum
sacramentorum est expellere mortem et dare vitam et ideo sunt necessaria vel si
suscipiantur actu vel voto quia susceptionem actualem articulus necessitatis
excludit. Alia vero sacramenta non sunt instituta ad dandum vitam non
habitam sed ad confortandum. Unde dicit doctor predictus quod eukaristia non est de necessitate
salutis quia eius effectus sit necessarius ad salutem tamen eius effectus sit confir
matio in bono et in gratia quod pertinet magis ad perfectionem quam ad neces
sitatem salutis. Hec dictus doctor quod bene concordat cum dicto sancti thome
supra allegato cum dicit quod non est de necessitate sed de sui prima institutione
simpliciter et sine quo salus haberi non possit sed quia homo in vita spirituali firmiter
vult proficere. Ad hoc etiam concordat dominus petrus de tarantasia quem ipse pro
ponens quamvis in fine sue propositionis allegat super iiii di. ix. ar. 3 ubi dicit quod
aliquid est necessarium ad salutem dupliciter. Uno modo sine quo non est salus
alio modo cum quo melius salus procuratur. Primo eucharistia non est necessaria
de necessitate salutis ~~sicut et quodlibet~~ sed in casu in quo statuit ecclesia. Secundo modo
est de necessitate salutis sicut et quodlibet sacramentum. Hec ille doctor breviter. Nono
est de necessitate salutis vel sine ea non sit salus sed quod per eam potius
procuratur. Et per hoc apparet veritas de ista questione an sacramentum eukaristie sit de
necessitate salutis. Quia multum melius iudicium quam ab effectu quia per effectum
iudicamus de causis. Effectus autem huius sacramenti pertinet magis ad perfectionem
quam ad necessitatem salutis ut dicit dictus dominus petrus de palude. Ad hoc
benefacit dictum sancti Thome super quarto in q. ix ar. 4. b. quod etiam propo
nens allegat ubi dicit quod duplex est confirmatio quedam ad opera contestabilia et hec
fit per sacramentum confirmationis. Alia ad opera delectabilia que fit per sacramentum euk
scilicet confirmatio. Unde opera delectabilia fieri et magis in textu similiter di. ix.
dicit quod sit effectus huius sacramenti ostenditur remissio scilicet venialium peccatorum
et perfectio virtutis. Sed apertius hoc declaratur per dictum sancti Thome super iiii
di. ix ubi dicit de effectu huius sacramenti. Est conversio hominis in christum ut dicit
dominus apostolus: vivo ego iam non ego vivit autem in me christus ad Gal. ii. Et ex
ad hoc consequuntur duo effectus augmentum spiritualis virtutis in augmento
virtutum et restauratio deperditorum in remissione venialium. Cum ergo iudicet
cognoscamus de necessitate huius sacramenti ab effectu eius et secundum necessitatem effectus
iudicemus de necessitate sacramenti. Quo iudicio nullus rectius inveniri potest. Quia

dupliciter aliquid dicitur necessarium ad salutem

Vt tamen sacra ut dicit [illegible] mo. 39 in principio sui Tractatus de missa
sunt instituta est adiutorium nostrum quia utilitatem eorum ab effectu quem ibi
nos sentire credimus debemus
Consequenter autem in dicta positione ponitur secundo membro Et precepta divina sicut
sic in duplici differentia. quedam enim sunt que obligant ad semper et pro semper
alia que ad semper et non pro semper. que distinctio comprehendit totam
latitudinem materie. quam explicat maxime pro intelligentia opus esset. Alia
sunt precepta que ita constringunt communitatem sicut non singulos et alia
que singulos. et sunt maiora et minora precepta et proprie vel largo modo
precepta et alie acceptiones sunt que si non advertuntur et non distin
guuntur sunt periculosa et errare in dictis sacre scripture et doctorum
dum homines audiunt preceptum esse et quale sit vel cuius speciei non distinguunt
et forte hoc voluit dicere magister praghe congregati ut in cedula super
memorata. qui dixerunt de communione sub utraque specie. quia adhuc est
dubium an cadat sub precepto aut quali precepto. qualis vel pena illum sequitur
qui hoc preceptum dimitteret aut quomodo non impleret
Preterea non semper ubi reperitur nota precepti est preceptum sicut ubicumque reperitur
verum preceptum est effectus precepti. Nam et cristus dixit in ewangelio legimus
de libello repudii. Matthei 19. quod vobis precepit moyses et in veritate
non preceptum sed permissio fuit. Sed multi errores orti sunt ex scriptura sacra
male intellecta ab hominibus. qui non scientes distinguere notas precepti
quid sit preceptum qui non dixerunt preceptum ubi non est. Diversas species
preceptorum aut nescientes aut ignorantes aut distinguere nescientes faciunt distinctionem
precepti ubi non cadit tanta vel talis restrictio. et habentes stateras dolo
sas quod non erat tanti ponderis gravius appenderunt / nisi enim ista attendantur
et distinguantur / facile erit impingere scripturam sacram et dictis doctorum et
imponere cristianis onera importabilia vel mittere in errores quod [illegible]
lo per aliqua exempla declarare
Habe legimus in ewangelio quod dominus noster iesus cristus lavit pedes discipulorum et
dixit exemplum do vobis ut quemadmodum ego feci et vos faciatis. Ego lavi pe
des vestros dominus et magister et vos debetis alter alterius lavare pedes Di
camus ergo quod omnes de populo cristiano tenentur alter alterius pedes lavare quia
hic expressa nota precepti. Dum dicit vos debetis, et tamen ille actus solum
habetur secundum mandatum et tempore in ecclesia. Sed dum in sitis dicit inde
namque tenere et [illegible] proficientium reconciliationem sacro effecta

8

Crismatis ad complectionem mandati circa lectionem Circa textum euan
tum nota precepti circa non solum doctorem sed textum canonis qui
hoc appellat mandatum Sed et tota canonis etiam in textu locutionis ar
guat ergo aliquis et dicat circa primum debetis quod est castitatis et nota
precepti cristus sit practicauit Et etiam in primitiua ecclesia sic practicabat
quod satis probatur per illud .1. ad Thimot. 3. ubi apostolus paulus ponens
condiciones in dyaconos eligendos dicit Si sanctorum pedes lauit Item cristus
dixit nisi quis renunciauerit omnibus que possidet non potest meus esse discipulus
luce 14 Et ipse sic practicauit et apostoli et primitiua ecclesia vt actuum 4 et c
ergo de precepto cristi est abrenunciare omnibus bonis temporalibus et sepe in
suum in perpetuitate euangelica allegare possum ad hoc in ult omne sup genus
ubi dicit nisi quis renunciauerit omnibus que possidet preceptum est non potest
esse discipulus quem videt aliqua possidentem Item preceptum dei fuit Leui
nono et deutro 12 non comedere sanguinem quod etiam fuit decreto apostolorum
firmatum actuum 15 Et etiam longo tempore post seruauit vt in multis
generalibus sinodalibus et brocard li. 20 ubi sic dicit interrogandum
est si aliquis sanguinem aut dilaceratum a bestia comederit ergo dicat
hoc preceptum dei esse et ligare omnes transgressores ad penam peccati Et quia
de veteri lege interpomus facere mencionem. Dicamus ergo de circumcisione de
qua terribiliter clamat vox diuina gen 17 cuius preputium caro non fuerit
circumcisa peribit de populo Dicamus ergo circumcisionem esse seruandam sicut aliqui
heretici olim dixerunt et quod paulus non potuit legem tollere dei quia non
est apostolus maior eo qui misit eum Sed quod si de gentibus hoc dixerit
paulus quia non erant de semine abrahe saltem qui de semine abrahe
sunt circumcisionem cum baptismo seruare tenentur eandem dicamus de obseruatione
sabbathi in decalogo et per discursum legis diuine tam seriose re
petita scripturam die designatam videretur quod ipsam nemo potuit mutare
Et si tolenda esset dies dominica propter resurrectionem cristi tollatur etiam et
sabbatum propter preceptum cristi sicut antichristi tempus predicatus est vt dicit
beatus Gregorius scribens aduersus quosdam peruersi spiritus homines
qui die sabbathi aliquid operari prohibebant vt habetur de con. di. 3 c. preceptum

Reuertamur ad nouum testamentum Circa quinto dico vobis non
iurare omnino Sic ergo habemus pro precepto omnino non iurare. quod
dicamus de illo luce 6 Diligite inimicos vestros benefacite hijs qui oderunt
vos et qui percusserit in vnam maxillam et prebe ei alteram et ab eo qui
aufert tibi vestimentum etiam tunicam noli prohibere omni autem petenti

te tribue Et ab eo qui aufert que tua sunt ne repetas Et sequitur ibi
Et prout vultis ut faciant vobis homines ita vos facite eis similiter
Et ita diligite inimicos vestros et benefacite et mutuum date nil inde
sperantes Et iterum Luc xii Nolite solliciti esse quid manducetis aut quid
induamini Et similiter vendite que possidetis et date elemosinam et quod
hoc ultimum sit preceptum videtur per sententiam Cipriani in epistola de Luc
habita unitate ubi per eum narravit quod in primitiva ecclesia vendebat Cipriani
predia et precia ad pedes apostolorum ponebat Sed modo nec de proventibus
nec decimas damus Et cum vendere iubeat dominus emimus potius et augemus quod
dicit iubeat dominus. Hec et de Augustinus illa predicatione in capitulo illa et cetera Et si quis Aug
afferat timiditatem et cetera Nuncupat dei precepta in sermone de puero centurionis
omnibus xxxix q. plura patres Et Gregorius super Ezechielem omelia viii dicit Greg
Et tamen divina mandata precipiant bene nos facere his qui nos
oderunt Et beatus Bernardus in libro de precepto dispensatione dicit Bern
non furaberis est mandatum divinum similiter omnipotenti te tribue Et
Ieronimus ad pagagium in Apologetico et est per preposito allegatum Iero
iubet apostolus in alio loco ut semper oremus Si semper orandum est nunquam apostolus
est coniugio serviendum Et ita hoc confirmans dicit nobis quod non est
quod coniugium possit a celibe hec quod scriptura superat dicere discurrendo
per sacram scripturam et doctores reperiemus multa similia et que doctores sancti et
que sunt consilia perfectionis vocant divina precepta propter quod in prefa
tione non sine causa posui multis quod testimoniis confirmavi quod scriptura
sacra non a quolibet intelligitur nimo nisi spiritus sancto docente vero intel
lectus non habetur ipse spiritus sanctus per Cristum promissus docuit quod omnem verita
tem docet etiam suam docet et instruit unde in primo generali Concilio
ab apostolis Ierosolimis super legalibus celebrato dictum est visum est spiritui
sancto et nobis Act xv c Et hic nullam potestatem de celo sonnisse legitur Act.
ausi sunt dicere visum est spiritui sancto et nobis. Non dubitantes
a spiritu sancto esse quod circa fidei veritatem cum conclusione sic illius sacri
Concilii fuerat diffinitum unde in Canone xxv q. prima violatores
Canonum dicitur quod in institutione et dono spiritus sancti sacri Canones
sunt dictati / hic docuit etiam precepta legalia iam amplius non
ligare ut Auctore proxime allegata. Non tamen adhuc mortifera esse
post Et per aliqua tempora quod iam erant mortifera iam spiritus sanctus docuit etiam
intelligere quod preceptum illud a deo datum a lege non crescite et multi

tiplicann et sit comprehendit totam speciem generis humani quod et omnes
et singulos ad ipsum complendum astringit Unde non est reprobandus
status continentie propter regnum celorum assumptus Idem etiam
spiritus sanctus docuit ecclesiam distingue de observatione sabbathi inter
illud quod est morale et quod est misticum Et quomodo et quare
id misticum de sabbatho ad dominicam propter misticae significationis
debuit transferri Docuit etiam cognoscere moralis precepti quomodo
et qualiter vim habeant et quatenus eorum distinctio se extendit
distingue inter diversas preceptorum species Et qualiter mensura sunt sub
civitate complenda et aliqua sunt ab ecclesia adimplenda alia a
singulis et quantis ab utriusque status diversitate et aliis circumstan
tiis consideratis Etiam quomodo ex illis que ad ipsa discipulos dicta
sunt quedam ad sacerdotes tantum pertinent quedam ad omnes fideles
Nam sicut in origine mundi sapientia divina prius omnia in confuso
creavit postea quedam virtutis formatia distinxit in truncum et ra
mos folia flores et fructus vel huiusmodi secundum varias rerum species
sic ea que pater et filius suus in lege nature tunc quasi in semine
generis humani seminabant spiritualis segetis amplissimi populi christiana deinde
fieri sicut spiritus sanctus in varios status conditiones et personas
vario modo applicandi distinxit et per os ecclesie propalavit
Post predictas suas suppositiones proponens dicit pensan
dos et distinguendos esse textus sacre scripture iuxta expo
sitionem sanctorum doctorum antiquorum et modernorum ex quibus di
ci concludetur propositum eorum scilicet manducatio et bibitio sacramentalis
ambobus forte sit dicat ergo non sine causa disposuit quia quod ecclesie
fit per suos sacerdotes facere precepit non esse ab re et hinc sine ...
gremeel eruditio illorum sex que statim subiungit dicens panem
accipite benedicite frangite aliis date ipsimet comedite et bibite
et sit de pane id est specie panis dicit aliis date ergo de vino scilicet specie
vini tantum vos bibite hec etiam bene convenit quod itaudem proponens
concludendo dixit cum christus instituit toti ecclesie commodis sed verbum
toti ecclesie collective dici videtur sic quod verum quod tota ecclesia per ministros
publicos scilicet sacerdotes et eum licet solus sacerdos celebrans sum
pserit ... dicat sumpsimus domine quia per ipsum tota sumpsit
Unde albertus in libro de corpore christi parte prima ubi prosequitur

albertus

canone misse

Canonem misse tractans illam orationem Quod ore sumpsimus domine mente capi
amus dicit ore sacramentali manducatione sumpsimus ego et omnis populus quibus
ego sumpsi Et supra super illo fiat vobis et omnibus sumentibus dicit sive volunte
sumant ut clerus sive voto ut populus sive spirituali sive sacramentali man-
ducatione sumentibus Et Innocencius tercius tractans de missa exponens illa
verba Unde et memores domine servi tui sed et plebs tua et que offerimus etc. dicit
nos servi tui videlicet sacerdotes et plebs tua sancta scilicet populus christianus
namque quod populus agit voto sacerdotes peragunt ministerio Et alii doctores
exponentes Canonem misse dicunt Unde et etiam ex ipso canone misse patet
quod omnis clerus et populus tota ecclesia sumit corpus et sanguinem christi quomodo
qualiter sacerdos celebrans sumit et offert quomodo ille offert quod videtur ad
huc magis et hoc est in ipso Canone expressum Et primo dictus proponens
inducit ad hoc illud Mt xxvi Cenantibus illis accepit Jesus panem et [bn]
fregit dedit que discipulis suis et ait Accipite et comedite hoc est corpus meum
Et accipiens calicem gratias egit et dedit illis dicens Bibite ex hoc omnes
hic est sanguis meus novi testamenti qui pro multis effundetur in remissionem
peccatorum Et idem ponit Mr xiv Et Luce xxii ubi ad propositum ponitur hoc
facite in meam commemorationem Et subiungit dictus proponens cum hec verba di
xit christus precepit tamen dixit facite quod dicat quod ego feci vos facite
panem accipite 2o benedicite 3o frangite quarto aliis date quinto sumite come
dite et bibite et sexto conficiendo dicite hoc est corpus meum hoc proponens in for
ma In quibus verbis advertendum occurrit primo qualem ordinem ponit quia
certe posterum illum in quarto loco ponit aliis date et in sexto conficiendo
dicite hoc est corpus meum Et sic usus sacramenti esset prior ipsius confectione
quod inconveniens est pro se Item si intelligit quod omnia illa sex sint in precepto
singulis de populo christiano credo quod hoc non intelligat Unde notandum est
quod sub una nota precepti erit distinctio facienda ut non omnibus idem et eo
dem modo competat Deinde et si illa sex que posuit etiam in sacerdotibus practi
catio servanda in administratione sacramenti habemus aliam novitatem quia vide
licet quod cum christus de uno pane per fragmenta frangendo singulas partes suis
apostolis ministravit et ita fieri precepit et ecclesia primitiva longo tempore servavit
Apostolus primo ad Corinthios decimo Et panem quem frangimus etiam usque ad tempora
beati Gregorii ut patet in eius legenda Quod sit modo sic faciendum vel
quod unus magnus panis consecretur et per fragmenta frangendo distribuatur
communicantibus sicut christus fecit et ecclesia primitiva servavit quod tamen non sit
quotidie videmus sed per distinctas hostias

Deinde ad probandum quod per verbum hoc facite intellexerit christus non
solum confectionem sed etiam acceptionem manducationem et aliis donationem

luc

dicit patent ex glo interlineari luce xxii super verbo hoc facite dicitur enim
accipite et aliis date Et subiungit proponens quod est intelligendum de prima
et secunda specie Ista glo vel addicio quam proponens facit ad glo non probatur
nec per glo illam nec per textum quia in textu ita legitur accepto pane et
gracias egit et fregit deditque eis dicens hoc est corpus meum quod pro vobis
traditur hoc facite in meam commemoracionem vobis est hoc facite et post sequitur
in textu similiter et calicem etc Sic ergo allegata glo non probat illud ad
quod allegatur Sed neque alia que subsequenter allegat ut in sequentibus apparebit
Sed iam causa melius declarandi et distinguendi materiam pertractandam michi vi
detur aliquantulum passus iste etenim tota materia proposita per dictos proponentes
in tribus consistet scilicet in auctoritatibus trium ewangelistarum cenam dominicam
recitancium et pauli similiter prima ad corinthios xi° 2° in illo Joh vi
nisi manducaveritis etc Tercio in originalibus seu dictis sanctorum et Canonum
que ad hoc allegantur videamus et examinemus primum quod erit an per illas verbis
ewangelistarum et pauli possit concludi preceptum cristi ad communicandum plebem sub
utraque specie Et videtur scilicet verbis in hoc quod cristus dixit accipite et man
ducate et bibite ex hoc omnes ut matheus infert marcus autem dicit sumite
hoc est corpus meum de calice autem non ponit aliquod verbum imperativum
similiter neque luc ipse vero luc ut predictum est supra prima specie dicit
hoc facite in meam commemoracionem Cum secundo non repetit paulus vero
dicit accipite et manducate hoc est corpus meum quod pro vobis tradetur
hoc facite in meam commemoracionem similiter et calicem postquam cenavit dicens
hic est calix novi testamenti in meo sanguine hoc facite quotienscumque sumitis
in meam commemoracionem mira res etc et plus quam mirabilis si per hec verba
inducetur illud cristi preceptum quod proponentes intendunt quod tanta multitudo
doctorum et sanctorum virorum que sunt in ecclesia dei hoc non advertissent cum tamen
in ecclesia dei frequenter allegantur ut audiantur a multis doctoribus glozata
sunt postillata et pertractata et quod nullus hoc viderit aut intellexerit mirabile
esset et plusquam mirabile plane nullum qui hoc sciunt ipsi asserunt ita dixerunt pro
dixerunt Sed econtra perdita sunt plures / preterea videtur quod tota ecclesia errasset
consensibiliter in doctrina cristi per totam eorum curiculam quod abhorrent fidelium
aures audire / et etc contra capitulum a recta xxiiii q · et contra ea que ipse proponens
in proposicione sua generali in congregacione huius sacri Concilii in ecclesia kathe
drali dixit ubi si bene recolo etiam dictum canonem et alia multa ad hoc
allegavit · quod ecclesia errare in cristi doctrina non potest quia fundata est super firmam
petram ut late declarat Johannes ~~super~~ Cris in quodam sermone de penthe
coste et multi alii sancti doctores hoc dicunt

Joh

marcus

et nunc discuciamus ipsa verba videamus ubi est nota precepti dicendum pro responsione
ut premissum est in eo quod dicit Hoc facite scilicet quod ego feci Nunc vide
amus si intelligitur secundum cum tota circumstancia per verbum hoc facite vel simpliciter
cendia facti Et si per hoc Christus apostolis dictum verbum emisit preceptum ad plebem sic fa
ciendi sicut Christus fecit Circa primum si dicimus quod emisit secundum cum tota circumsta
ncia secundum hoc non potest esse quia multa inconveniencia sequentur quia oporteret edere
et communicare post cenam ut premissa pedum lotione quia sic Christus fecit de quo iam
supra dictum est Sed dicimus amplius Christus confecit aut in azimo aut in fermen
tato quia non duos panes sed unum tantum accepit Unde ergo si omnis faciat ut ita
Christus prescribit hoc facite restat aut quod greci non conficiunt aut latini tamen con
trarium determinat beatus Gregorius et alii doctores Sequitur quod amplius non constat
eciam neque patuit quod Christus posuit aquam in calicem unde pascasius in li
bro de corpore Christi titulo tercio In calice aqua miscetur dum in natali [?] nunc
secundum fuisse legatur Et sequitur illa principalis causa est quia de latere Christi
completa passione sanguinis prius et aqua emanavit Ex quo doctor ex actu predicto
et alii concludunt aquam esse miscendam ex consuetudine ecclesie greci tamen non miscent
ut dicit Petrus de palude super quarto sententiarum ubi de sacramento eukaristie q. ii
Item videtur si sine mixtione aque aliquis celebraret vere conficeret videtur
quod non. Sed contra esse quod Christus confecit vel si Christus non miscuit tunc eciam non
fecit quod Christus fecit Unde tamen conclusio doctorum est quod aqua miscenda est et tamen
si non miscetur nichilominus sacramentum efficitur quod tamen non esset si per
illa verba intelligeremus secundum cum tota circumstancia / multa quidem absurda et contra
intellectum sequentur unde non est sic sentiendum Sed sicut quidam venerabilis et
magne religionis doctor Arnolphus ad consultationem cuiusdam Lamperti que
rentis Cur hodierna die consuetudo ecclesie constat porrigi corpus domini tamen
aliter quam a domino in cena discipulis sit distributum Iam ante multa alior[um]
circula legitur scripsisse Redemptor inquit noster veniens in mundum quia
propter hominum salutem venit homines apparuit inque reparationem humane infir
mitatis accommoda seu necessaria fore providit sicut oportere vidit in sapiencia
sua ita ab omnibus fieri et esse voluit in eciam sua Sed que facienda erant
eis cum quibus conversari dignatus est verbo vel exemplo insinuavit Ce
terum que facienda erant modum prefigere omittens Sicut esse videtur quod ait Hoc
facite in meam commemorationem Non ait hoc modo facite Et ait Ite baptisate et
ait hoc modo ~~facite~~ baptisate semel aut ter immergendo Non ait Scru
tinium facite crisma conficite quare insinuasse videtur hic modum ex circum
stancia necessitatem attendere posse sicut ex hoc experiencia in multis comperimus quia de
post cenam nobis vero ieiunis traditur hoc ille Non inepte quidam

Hoc facite an sit preceptum vel non

Greg

iste doctus de trina immersione similitudinem posuit de qua quod sit de auctoritate
Aug9 antiquis sancte videntur unigitur canon apostolorum · Jeronimum et pelagium ipse q9
dicat hoc est evangelisticum preceptum ut supra dictum et tamen statuit de hoc consue
tudinem eadem ut beatus Gregorius diffinit immo quod obliviscendum quoniam est licet
trina immersio significet in nobis triduum sit autem firmata et ipsam et confessam
habeat significantiam dominice sepulture Et epistola dictum apostoli Consepulti sumus eo
et quod triduum imitare non possumus saltem trina immersio significetur in nobis
tum Sinodus Tollentana hoc prohibuit observare ut refert beatus Isidorus
in libro conciliorum Ecce ergo prefatus doctus vir et magne religionis optime
dixit quod cristus dixit hoc facite non dixit hoc modo facite et baptisate quod ait
hoc modo baptisate semel aut ter immergite · quae insinuasse videtur certa
modum quo tantis venerabilibus veritatem accedere posse Cui concordat dictum beati
Aug9 Augustini quod habetur de con di ii Liquido legitur Liquido apparet · quando primi acciperent
discipuli corpus et sanguinem domini non eos accepisse ieiunos · Numquid tamen propterea
calumpniandum est universe ecclesie quod a ieiunis semper accipitur Ex hoc placuit
spiritui sancto ut in honore tanti sacramenti prius in os cristiani dominicum corpus intraret
quam ceteri cibi Nam ideo per universum orbem mos iste servatur Neque enim quia post cibos
dominus dedit propterea pransi aut sicut faciebat · quos apostolus redarguit et emendat
mensis suis ista miscere Namque salvator quo vehementius commendaret misterii illius
altitudinem ultimum hoc voluit infigere mentibus et memorie discipulorum
quibus ad passionem digressurus erat Et ideo non precepit quo ordine deinceps
sumeretur ut apostolis per quos ecclesias dispositurus erat servaret hunc locum Nam si hoc
ille monuisset ut post cibos alios semper acciperent credo quod eum morem nemo varia
Apl9 tasset Cum ergo ait apostolus de hoc sacramento loquens propter quod fratres cum convenien
tis ad manducandum invicem expectate si quis esurit domi manducet ut non
ad iudicium conveniatis statim subtexuit Cetera autem cum venero ordinabo unde in
telligebat quia multum erat ut in epistola totum illum agendi ordinem insinuaret
quod universa per orbem servat ecclesia ab ipso ordinatum esse quod nulla morum diver
sitate variatur patet ex prealligatis · quod cum hoc facite comprehendit seriem tum toti
circumstantia sive per dictum hoc facite · i · sicut cristus fecit Et hoc notat glosa or
dinaria in dicto c/ liquido · ut per hoc cum hoc facite apostolis dictum venit preceptum ad
laycos ut hoc faciant quod cristus fecit sed in apostolis preceptum et potestatem recepit
etiam sic et de [illegible] beati Augustini Epistola q · i · c cuiusdam ligamentis ipse
Lira dixit et alii doctores cum hoc concordant ut de Lira cum dicit immixit eadem usque
sacramenti Ecclesia ergo que potestatem et preceptum recepit ipsa vertit et complet per
ministros dispositiones et ordinationes suas quas spiritu sancto qui eam regit describit
suggerente disponit Benefacit ad hoc dictum beati Augustini ad Ephesios quod
ponit sanctus Thomas in glosa continua super evangelium Marci · xi · capitulo ubi
dicit cuius aut pacto ab apostolis est predicatio ista completa quando ad quem usque

sunt gentes in quibus modum cepit et in quibus modum cepit impleri no
uicque mandatum est a domino tanquam ipsis solis quibus tunc loquebatur tamen minime
eam implendum sed sicut eis solis videtur dixisse Ecce ego vobiscum sum
usque ad consummacionem seculi Quod tamen eis commisse ecclesie promisisse que aliis
morientibus huiusque in seculi consummacionem futura est quis non intelligat
hec Augustinus Sicut ergo mandatum illud apostolis dictum Ite predicate ecclesia
accepit in ipsis et promissionem Ecce ego vobiscum sum usque ad consummacionem seculi
Sic et preceptum istud Hoc facite in apostolis accepit ecclesia et sicut illud non possi
per omnes nec omni tempore et loco sed subordinatione et disposicione temporis ecclesie ex-
cet et implet ecclesia Ita et illud cum illa promissio assistente spiritus sancti gracia
de qua supra dixit Augustinus In eo semper est et erit usque ad consummacionem
seculi per spiritum sanctum docetur dirigitur et administratur ecclesia · ant ergo est de
talibus disponere que a spiritu sancto docta / hominum mutant / prohibendo ne post
cenam conficiatur tamen tamen tristus instituit ipsum sacramentum Vnde et antiquitus
in memoriam dominice cene quolibet anno in die cene celebrabatur post cenam
sicut est ab eciam imitatum prout dicit in glosa quod derogatum est per consue
tudinem ecclesie Et idem sanctus Thomas super quarto sententiarum di. in ar
ticulo in q. i. Sed in forma conficiendi quod in textu Ewangelii et Paulo le
gitur maxime circa formam calicis de quo in c. Cum Marta de celebracione
missarum quod certe videtur esse magnum · quia forma est que dat esse rei Ita
eciam de forma baptismi a deo tradita et ab apostolis pro tempore immutata
immo eciam post apostolorum tempora scilicet per determinacionem Nicolai pape · que habetur
in decretis de con. di. in c. a quodam Iudeo de hoc latissime per magistrum sententiarum
in iiii distinctione in statum post principium Nec dico quod minus sicut sanctus Thomas
dixit super iiii di. xxxiii · quod eciam minus eandem sed pluralem quam habet ecclesia primitiva
sed dicitur latinus si opus sunt · quid amplius eciam habetur sacramentum maiorum significatum
ut panis sit triticeus et azimus Et in calice vinum et de aqua sit modicum
circa manum communicandi populum aliquo modo frangendo distribuunt ut dictum est
/ nunc autem non frangendo sed porrigendo distinctas hostias aliquam scilicet ex de-
creto Concilii Turonensis Sicut habetur ex Brocardo libro v. c. vi. Sacra ob
lacio dabatur intincta quod mutatum sunt et prohibitum est / ut in c. cum omne
crimen de con. di. ii Et ibi glosa de dicto Concilio Turonensis facit mencionem Tamen
autem hanc prohibicionis Innocencius possunt tractare de missa ut supra iam dictum est
videlicet in extirpando heresim que asserebat Christum non esse totum sub utraque specie Et de
ista racio bene facit pro consuetudine que nunc habetur Item eciam aliquam ad fer
mentatum se transtulit et utroque modo posse fieri a doctoribus declaratur prout ordina
cio ecclesie se habebit cum tamen constat non fecit utrisque modo sunt de azimo et in fermentato

Ceterum Pro corroboratione predictorum querendum est cum et Christus quam apostolis
dixit hoc facite etc. ipse eisdem dixit predicate et baptizate et ab eodem
et eisdem hec tria dicta sunt et precepta unde est hoc quod primum conveniat sacerdotibus
tantum ita quod a laicis nullomodo possit fieri et si attemptarent nichil ageret videlicet
conficere aliud conveniat sacerdotibus tantum sed predicare laici tamen si predicarent
nichilominus si vera dicerent enunciarent quod tamen ab ecclesia primitiva licite fiebat
a laicis viris et mulieres ut Martham et Theclam legimus predicasse. Et beatus
Ambrosius dicit super epistola ad Ephesios ut crescente plebe et multiplicaretur omnibus
inicio concessum est evangelizare et baptizare et scripturas explanare at ubi
omnia loca circumplexa sunt et conventicula constituti. et rectores etiam
et officia in ecclesiis ordinata sunt quia si omnes ordines possent irrationabile
esset et vulgaris res et vilissima videretur hec ille. Ceterum an scilicet baptizare
efficaciter fit a laicis et ubi periculum timetur debent hoc laici facere. Sed
ergo sicut dixit beatus Jeronimus hoc ab eodem et eisdem sub eadem sponsione
utraque sunt videtur de altero sicut de altero intelligendum. Unde ergo venit ista di-
stinctio certe non aliunde nisi ab ecclesia que spiritu sancto docta que in genere et
quodam modo confuse dicta sunt specificat declarat limitat et interpretatur
unde non sine causa Christus dixit quod spiritus sanctus suggeret que ego ipse dixi
spiritus sanctus ergo suggerit et per omnes ecclesie has distinctiones faciendo de-
clarat etc.

Modo iam videamus prosequamur que per dominum proponentem allegantur et
videamus an probent propositum. Primo loco offert c. / Sacerdotes 191
ubi dicitur quod sacerdotes qui cenam sumant et sanguinem domini populis dividant
quomodo ille textus probat preceptum omnes videmus quia dicit quod ex precepto Christi
hoc debet facere sed forsan ex precepto ecclesie vel nunc sed simpliciter dicit quid sit sed vide
propositum beatum Jeronimum hoc tractari quod patet per verba que sequuntur. Cum sequitur
in legem Christi agunt impie putantes imprecantes tamen verum facere quod dicitur
hic ergo reprehendit sacerdotes male viventes et nichilominus ministrantes
et ad propositum nichil facit. Videmus magis quam si diceret vidue que castitatem vovent
et postea nubunt impie agunt quia primam fidem irritam fecerunt unde dictum Pau-
li 1 ad Thi. v et xxvii q. 1 viduas et ergo vellem probare viduas vovere
castitatem esse de precepto Christi vel dicerem quia ieiunare quottidie a cibis sed
non vinum parvum prohibuit et ergo vellem probare ieiunare quottidie esse de
precepto possem multa similia exempla deducere. Ad dicta vero sancti Athanasii
non est opus videre quia ipsemet sibi videt et declarat intentionem suam ut supra
est declaratum deductumque et allegatum in ultima parte q. lxxv arlo xi legatur
quod sequitur in arlo sequenti nec ex hoc sequitur illud argumentum quod
proponens vult inferre et dicit satis esse forte quod enim si sibi concedatur illud quod quod
apostolis fuit preceptum manducare et bibere sacramentum sequitur ergo quod et omnibus
de populo. certe ista quia non est bona ut est supra declaratum quia idem esset

de officio predicandi a parte sponte Sed mirum ergo retorqueat eius verba contra eum
tamen infra statim subiunxit preceptum de quo supremus satis dictum est Ad idem
et sequentia dicta sancti Thome vobis solum pro notitia illud quod dicit preceptum
pertinet ad communem sed non dicit sub contractu specie Et ideo tamen proponens subiungit
sub eandi contractus specie id est de capite suo quia sanctus Thomas non dicit sed pro
ea adiecat Quoniam primo dicit de hoc stat festum magnum quod apostoli tunc fuerunt laici quod
Christus eis dixit accipite et manducate Et ad hoc in prima parte allegat dictum
Wilhelmi de monte laudis in sacramentali sed non advertit quod idem Wilhelmus
posita questione q. 1 determinat contra ipsum Sed nichilominus dicamus de hoc quidquid
fuerunt laici dicti apostoli quia electi erant apostoli et nominati et missi ad predicandum
et baptisandum et acceperant potestatem demonia eiciendi et infirmos curandi ut
hoc evidente testatur in textu Mathei vi et Luce ix et x capitulis Quidquid notandum
in statu perfectionis quia reliquerunt omnia et secuti sunt Christum Sed ut textum evan
gelistarum in propria verborum quam teneamus tamen communi doctorum sententia constat
quod tunc fuerunt sacerdotes facti per hec verba hoc facite in meam commemorationem per que fuit
eis data potestas hoc faciendi et iuxta glosam per proponentem allegatum et aliis dictis
quod dici potest quod quod sacramentorum significatorum sumpserant erant adhuc laici Nam secundum textum
Luce vobis dicitur posita illa glosa Illa verba hoc facite fuerunt dicta ante potationem
calicis Considerabimus ergo glosam cum textu si dicit hoc facite id est accipite et aliis date
Si ante apostolos diceremus laicos ergo laicis competit aliis dare quod nullus concedit
Sed si aliquis diceret quod non per illa verba hoc facite primo dicta fuerunt facti per illa sacer
dotes sed per illa verba repetita [illegible] paulum post [illegible] non esset contra illa glo
primo allegata per ipsum proponentem que allegatur super Lucam vobis repetitur illa non
est quia sequitur quod laici haberent potestatem aliis dandi Sed sane intelligentibus illa
verba simul dicta etiam contextu non inducunt [illegible] sed [illegible] quod
uno et eodem actu et sermone continuato potestatem acceperunt conficiendi preceptum
de sumendo Et ut preceptum est in ipsis erat [illegible] Ad Wilhelmum de
monte laudis dico quod illa verba recte considerata non obstant Nisi enim velis
attendere et intelligere considerationes doctorum et modum loquendi facile dicta
premunt in eis Unde ille doctor sic dicit ad [illegible] querit an Christus in conficiendo
usus fuit hiis verbis et recitat opiniones quod aliqui dicunt quod aliis secretis
verbis Christus confecit sed illa verba dixit cum corpus ministravit apostolis ut
simplicibus laicis Ceterum et verius dicunt quod hiis eisdem verbis confecit pro
nunciando hec verba et conficiendo ministravit et ministrando confecit proferen
do hec verba ut sic duplicem actum in uno instante efficiat Ut supra de [illegible]
igitur communicas Unde hoc notabis pro primo quia in hoc facto Christus
fuit sacerdos in eo quod confecit Item sacrificium in eo quod corpus suum Item minister
in eo quod ministravit apostolis ff de [illegible] Item apostoli fuerunt primi laici

An apostoli fuerunt laici cum Christus communicat eos

In istis verbis apostoli sacerdotes facti sunt

In laicali psona comedere accipiendo ff de officio ordinariorum Si sacerdos non fuit
item cristus fuit ibi epus pro eo quod apostolos promouit in sacerdotes cum dixit eis hoc
facite in meam commemoratione hoc ibi tamen non videt quod iste doctor faciat consideratione
secundum respectus ad actus et facit cristum sacrificium et ministrum et epm Et etiam si bene
intelligimus sacerdotem vniuscuiusque ergo diceremus quod dicit quod cristus fuit minister ergo
non sacerdos. certe non sed quod in quolibet actu consistebat quod illi actum pertineat et talem
facit comparacionem attribucionem videlicet quia sacerdotis est conficere et ministrare et per seipsum suscipere
non autem de manu alterius suscipere ideo dicit eos vitare psonam laicorum
quia a cristo susceperunt sacramentum et hoc bene probat textus quem allegat quia
loquitur quod sacerdos ministrat populo etc Sed etiam aduertimus ad verba supra
dicta quia dicit quod corpus ministrant et simplicibus laicis Nota tamen ut sit etiam
epus aut sacerdos in infirmitate constitutus recipit comedere de manu sacer
dotis diceremus quod conueniat comedat ut laicus non ut sit epus vel presbiter
hec tamen multa dicta sunt de isto doctore de quo ut predictum est tamen festum fecit
Sed aduertant eandem inferius questionem in propriis terminis contra eos tenentes
sicut est supius allegatum
Consequenter dictus proponens allegat glo or sup leuit ix quia glosam volui
offerre ut videatur quid dicit glo textualis vbi dicit Tolle tibi vitulum pro peccato
vitulum atque agnum Sequitur in lra hodie enim dns apparebit vobis in glo
i in die penthe spus sctus apparuit et est bona misticacio quia ut sequitur
in textu illo die descendit ignis de celo super holocaustum Deinde sequitur in textu
Tulerunt ergo cuncta que iusserat moyses ad hostium thabernaculi vbi omnis
multitudo staret ait moyses iste est sermo quem precepit dns facite et apparebit
gloria de eius Tenet gloza continuans misticacionem predictam de aduentu spus
sancti in die penthecostes dicit sermonem vocat i. rem impletam hoc facite id est
commendacionem sermonem ante dicit quia plus in sermone consideratur vel consi
stat huius dispensacio maxime domino verbo eo quod apparent in aliud manus
et intelligibile transferente vnde et de manne ait hic est panis quem dedit
nobis dns huius ergo significat quia misterium sctum illud illas congregacionibus
et ciuitatem cena celebrantibus aduenit spus sctus Erat enim dies dominus quo apparuit
aplis sacra celebrare mysteria quorum sequentes tradiciones dominicum diem diuinis
commendantibus deputamus Simulat et cristum post resurrectionem per ministerium cena et panis
fractionem meminit manifestum hec glo et est contra eum proponentem quia determinatum
quod iam non mos quod de celebracione sacerdotum loquitur tota glo intendens quod
dum celebrarent missam apli venit spus sctus
Sed notanda est tamen illius glo per quam patet quod panis quem cristus dedit duobus
discipulis in emaus fuit mistica cena i. sacramentalis per quod probant aliqui
doctores comedendum tamen sub vna specie panis tunc fuisse a cristo practicatam.
ad quod allegat etiam augustinus de concordancia euangelistarum sic agnoscit

a cristo facta promissio usque ad saturitatem panis et veritate corporis eius
et participacio sermonem intelligatur impedimentum unitatis ac cristus posset
cognosci Item theophilus super illum textum sed et aliud verum quod simul cibus Theophil
saturum panem aperiuntur oculi ut eum cognoscant magnam eius ineffabilem
communionem karitatis cristi Sic ergo innotuit ex istis glosis Augustini et Theophili
quod cristus ipsemet practicavit communionem communis speciei scilicet sub sola specie panis
et ad hoc est etiam glosa ordinaria super lucam c. finali
placet autem quod statim subiungit allegando dictum apostoli primo Cor. xi. illa
verba prius sunt cristi quam apostoli quia certum est quod in illis verbis apostoli pau
li non plus habemus quam narracionem domine cene unde Nicolaus de
Lira super illo verbo novi testamenti dicit Paulus enim et ewangeliste tendebant
recitare verba que pertinent ad historie narracionem Item non valet arguere
de hoc quod paulus toti populo Corinthiorum illam epistolam destinat quia et si mulie
ribus solis esset narranda cena domini etiam diceretur quod cristus dixit apostolis
hoc facite in meam commemorationem Et ideo hoc non esset mulieribus dispositive
dictum et quando legitur cristi passio omnibus audientibus referuntur verba a
cristo dicta Iude et pilato et ceteris non tamen diriguntur eis dispositive dicta
Ad reliqua verba dicta que subiungit dictus proponens
iam supra est responsum et cum allegat doctorem in eo quod non probat propo
situm suum precipit eum sibi contencionem determinans questionem loquitur contra
eum sicut fuit pridie productus Post hoc allegat Ciprianum epistola 3a que
non esset allleganda quia non loquitur de hac materia sed de emptione aque
tum vino in calice quam materiam ibi late prosequitur Ciprianus et nisi intelligamus
verbum precipitur largo modo aut dicimus quod loquitur per yperbolem sicut sepe solet
Reperimus multos doctores etiam in illa materia contra ipsum qui dicunt inmixti
onem aque in calice non esse de precepto cristi et ideo non semper ubi reperimus
doctores antiquos dicentes preceptum vel precipitur debemus intelligere de precepto pro
prio modo sumpto sicut et superius est dictum Unde et beatus Augustinus ita incipit librum de
doctrina non efficaciter obligans sed instituens ad agendum administratorum Verum super omnes
qui inter induxit dubitum inquisicio eum tractabitur vel ad articulos nisi manducaveritis etc. quia
ad primum pertinet
Ad reliqua que scribuntur de p. de palude et lira non est opus respondere quia inter
sorgent et de intencione ipsorum doctorum quid in principali sentiant iam plures qui
pridie producti fuerunt et ideo non est multum festinandum de eo quod dicit per hoc inungitur
esse hunc sacrum usus in aliquibus libris non est inungitur dicit esse non dicit
populo laicali sed contrarium in. de lira etc. ut superius dictum est Post predicta iterum
allegat idem dictum pauli cum glosa Augustini ubi dicit ostendit quedam esse de quibus
non est disputandum sed ante precipientis acquiescendum unde ait hoc non precipio

ut si non dentes solercia reginabitur Sed presipientis auctoritas attendatur hec glo
Augustini quam allegat et etc audi et mente tende quod non est disputandum sed
auctori acquiescentis precipiendum vnde ait hoc vero precipio Sed dum infra iste
magister proponens inferre nititur ex glo illius pauli quod illud verbum precipio relatum
ad inferiora ostendit tamen duplicatis ipsi esse de precepto in hoc in bona parte lo
quendo violenciam infert glo Nam gloza super verbo hoc autem precipio primus
qui dicit ea que ipse supra allegavit ita dicit hoc autem quod dictum est est de
velandis capitibus ego precipio sicut auctor precipientis vocatur apostolus etc
Et glo sequens super verbo non laudans ita dicit Postquam egit de velamine
capitis vbi plurimum a veritate deviabat incipit agere de dominica cena in qua
ipsi idem multum peccabant quasi quod dictum est de velando vel non velando ca
pite precipio utique non laudans sed improbans quod non convenitis ad dominicam cenam vero in
melius ut diceret sed in deterius non ad vestri perfectionis sed ad detrimentum damnacionis
quod et pluribus posset ostendi hec glo etc apparet verbum precipio ad quid refertur
Quod autem inter allegatur per dictum proponentem de eadem epistola c. xiiii Si quis
videtur propheta esse cognoscat que scribo vobis quia scribuntur refertur quo omnia sunt
mandata domini Nam et in eodem ut c. habetur de loquendo linguis et
de prophetando et psallendo multa de quibus clarum est quod non sunt precepta stricto
modo capiendo preceptum verum autem id indiffinite dictum intelligatur sane non
diffinite dicto faciamus universaliter dictum Cum vero inter allegat dictus
proponens dictum apostoli probat autem seipsum homo etc. de pane illo edat et de calice bibat
non efficax argumentum ad probandum quod omnis homo teneatur de calice bibere
Sed cum ita distinctive dicatur de pane vel de calice argui posset alterum eorum sufficere
que distinctive ponuntur Sed ad probandum quod si quis vult ad communionem accedere debet
seipsum tantum probare et hoc declarat textus beati augustini quem ipse proponens allegat
et ad hoc eciam est textus de con di ii c. Timorem vbi sic dicit Timorem quid di
cit vos apostolus sic dicens cum manducabit indigne iudicium sibi manducat
et bibit dicta vero beati Thome que subnectit non probant quia cum dicit sic communi
care non intelligit sub duplici specie sed per ea que de ipso lecta et producta sunt
Et eciam sciat dictum eiusdem sancti Thome per magistrum Johannem statim subiunctum
Cum dicit quod iusto medico conveniant qui plus diligunt peccata in homine quam se ipsa
re et tristum suscipe Deinde dictus proponens allegat Glo quod beatus ambrosius super
ii° Luce in verbis discordia dicit quasi dicet Tenete quod duo Luce autem
de eodem i que ad hunc ordinem spectat presentem in verbis dissonat sed ibi Ambrosius
dicit concordie Jeronimus et Augustinus Sed textus vero male infert cum dicit Tenete
quod duo scilicet accipite et manducate inferens quod apostolus precepit de sacro
dicens dominus Tenete quod duo scilicet accipite et manducate verum et non dicendum est
in verbis apostoli quod aliqua sunt narrative dicta aliqua dispositive Narrat etiam
cenam domini et verba cristi vnde ex verbis per apostolum narrative dictis improprie

instituit quod apostolus precepit Deinde post predicta narracionem aliqua dissponendo ponit Unum quod dicit glo. illa Tenetur quod dixi salua fide de viaticatis quia racionem vaticinium et communicatur dormicionis qua bene dicitur Nam si de viaticatis collectionem intelligat verbum tenetur quod dixi et cum eciam excidit ab aliis in quo sensu quem dictus proponens intendit sequitur quod licet horam confitendi potuisset mutare eciam quod est absurdum Unde illud tantum in generali dispona quod Ieronimus exponit de ipsius ministeriis sacramentis et Ambrosius et Augustinus de hiis que ad huius sacramenti ordinem pertinent tantum circa communicantes includere quo ad hoc quod etiam ponit ordinarie salua fide de viaticatis per apostolum dicta sacramenti usus ante sacramentum non est de eadem specie huius sacramenti sed quoddam sacramentum ut dicunt doctores Unde circa usum huius sacramenti remaneat tunc ordinandi potestas ut predictum est Nam ut in forma confectionis quod videtur manus adicit ut competentibus missalia cum textu Evangeliorum et Pauli clare liquet Et predicta offert dictus proponens aliqua dicta oracionis dominice super illo verbo panem nostrum cotidianum vel super substancialem da nobis hodie quod per illum panem intelligatur sacramentum atque ideo oportet respondere quia non urgent ad punctum questionis ut possit intelligi de pane naturali quo cotidie indigemus pro vite corporalis sustentacione Et etiam de pane sacrali quem cotidie desiderare debemus Et ipsum cotidie accipit ecclesia et communis fidelis per ora sacerdotum Cum enim sacerdos in persona ecclesie celebrat orat et ad utilitatem omnium fidelium suscipit sacramentum de hoc iam supra dictum est Et si opus fuit ad hunc laicus dicere Sane intelligendo dictum sanctorum doctorum in quo dictum beati Augustini de con. di. ii Cotidie comedere omnibus accipere nec laudo nec vitupero

Eciam dictus proponens allegavit misteria de veteri Testamento que quamvis surgeant omnes docti cognoscunt nec in omnibus illis per eum allegatis in hoc passu est aliquid quod ad punctum questionis tangat Sed hoc communiter dicendum occurrit quod licet omnes figuras veteris Testamenti que ad hoc sacramentum per doctores applicantur ille sunt precipue de agno paschali de manna et de sacrificiis precipue sacramentum representantur et in omnibus istis figuratur communio de comestione de bibicione autem nichil Comedi precipitur agnus quod signabat cristum unde apostolus ad Corinthios v Pascha nostrum ymmolatus est cristus Itaque epulemur in azimis sinceritatis et veritatis Et ibi apostolus admonet epulari cristum id est comedere cristum qui ymmolatus pro nobis est pascha nostrum Sed ad et ea que dicta circa comestionis dicuntur per beatum Gregorium in omelia paschali et per alios doctores in diversis locis exponuntur et optime applicantur ad debitam disposicionem animorum fidelium sedule habere debent circa confessione agni

Immaculati que Iohannes ostendit dicens Ecce agnus dei ecce qui tollit peccata
mundi alias. Quem agnum fideles suscipiunt sub forma panis. Et ad hoc est bene
in illa gloza pro proponente allegata super leviticum xxiiii et super verbo panes quoque con-
secrationis comedite ibi gloza dicit Carnes cum pane comedi precipit ut intelligamus
corpus cristi quod caro est et panis qui de celo descendit sicut Ihesus in ewangelio dicit
Iohannis vi Cum Iudei dixissent patres nostri manna manducaverunt in deserto
sicut scriptum est Panem de celo dedit eis manducare Dicit eis Ihesus amen
amen dico vobis non Moyses dedit vobis panem de celo Et ita ego sum panis
vite et pluribus interpositis iterum replicat Hic est panis qui de celo descendit non
sicut patres vestri manducaverunt manna in deserto et mortui sunt qui manducat
hunc panem vivet in eternum. Hunc panem manducant fideles spiritualiter per fidem
que per dilectionem operatur et in sacro sub specie panis. Sed neque ibi de bibitione
fit mencio Similiter in sacrificiis carnium duo videlicet hostie et immolaciones
de carnibus vel de frugibus. Sed de sacrificiis edebat populus de libaminibus non bibe-
bant quod per doctores ad suum propositum allegatur Si placet in gloza que ex quam
aliter proponens allegat super leviticum. Triste vobis glo dicit Sed aut hoc sacrificium
comedi debet etiam in loco sancto id est in ecclesia Sed mirum est cum in ambabus glosis per
proponentem allegatis de bibitione mencio nulla fiet quod ipse infert quod sit pre-
ceptum manducationis et bibitionis sacramentalis. Quod autem aliter allegat dictus pro-
ponens de parabola cristi Simile est regnum celorum homini regi qui fecit nupcias
filio suo matthei xxii et quod statim subiungit de luce xiiii Cum per illam parabolam
intelligatur communio ecclesie militantis iuxta dictum beati Augustini quod habetur
in decretis vicesimo tertia q iiii tertia Ipsa pietas vobis dicit communionem domini
unitas corporis cristi non solum in sacro altari sed etiam in vinculo pacis. Sed
non placet Nec video ad quid allegatur. Cena bona est quod homines invitantur
et cogantur ad cenam domini non solum de plateis et de vicis sed etiam de se-
pibus errorum a quibus detinentur iuxta exposicionem beati Augustini ad unitatem
corporis cristi non solum in sacro altari sed etiam in vinculo pacis
Illa statim adduntur de sermone beati Thome de [illegible] non manducandi etc.
Non video quomodo faciunt proponentes contra negligentes de quibus ibi loquitur vet[illegible]
cos qui pro temporalibus sed lucris et secularibus negociis intenti se occupant
In sacro communionem tempore debito negligunt, contemptores dicit qui secularibus
tanto amore inherent quod corpus dominicum sumere parvipendunt. Cum ergo eorum
dicant sacra canonica vel corpus domini nullo modo potest inferri per quod proponens infe-
rtur scilicet quod negligentes manducare corpus domini et eius sanguinem etc.
Beatus Thomas similiter dicit quod corpus domini sumere ipse addicit de suo et bibere
sanguinem quod ergo de suo addicit per dictum sancti Thome non placet. Cum ergo sub

iungit dictis proponens quod sanctus Thomas dicit Cum communicare sacramentaliter
et spiritualiter simul est solemnia et optima pars de primis duabus scilicet sacramentali
tantum vel spirituali tantum quod certe verissimum est quia omne bonum quantumcumque primo additum
bene facit illud melius Nulli ergo sit dubium quin melius sit communicare spiritualiter
et sacramentaliter simul quam spiritualiter tantum Sed tunc infert proponens Si ergo spiritualis est
de precepto multomagis spiritualis et sacramentalis simul facit magis continuatorem na
a simili esset arguere Bona est continentia melior est virginitas Sed continentia est
de precepto ergo multomagis virginitas vel bonum est vitam activam recte ducere
Sed melius vitam contemplativam Cum ergo vitam activam recte ducere sit in precepto
ergo et recte ducere vitam contemplativam que tamen sunt falsa Immo ut communiter dicitur
et ut in pluribus verum est bona sunt in precepta summa et optima sunt in consiliis
Unde Cristus interroganti quid faciet ut vitam eternam possideret dixit serva mandata
tantum dans antea Postea de perfectione dixit Si vis perfectus esse vende omnia que
habes etc Sic ergo aut illud bonum quod est summe mandata de necessitate est
Illud vero optimum quod est perfectius voluntati relinquitur Si vis inquit perfectus
esse Cum autem dictus proponens subiungit Et ergo dictus Innocentius .vio. de Officiis
et sancti Thome Communionem sacramentalem digna esse meliorem quam modum spiritualem
et in idem reditur quod primo dixit scilicet communionem spiritualem et sacramentalem in simul
meliorem esse quam sacramentalem tantum quia sacramentalis manducatio digna vero est et
spiritualis ipsam precedat quia vero heretici fidem veram non habentes possunt sacra eciam ymo
nec possunt heretici qui in communicatione et veritate ecclesie non existunt verum angelus
ad Damasum cum ceteris credunt quod Cristus in carne venit et in eadem carne in
natus est qua carne passus est et resurrexit et ipse sit filius dei coeternus deo et per pre
incommutabile verum patris cum per quod facta sunt omnia Sed tamen ab eius corpore quod
est ecclesia ita dissentiunt ut cum corpus eius non sit in toto corpore quocumque diffunditur
sed in aliqua parte separatum inveniatur manifestum eos esse non esse in katholica ecclesia
Et idem Augustinus et habetur .i. q. .i. Ecclesia fides bonum veritatem preter veritatem
eciam facit unitatem que est Cum eo autem quod predictum est ab Augustino concordat
etiam beatus Jeronimus in disputatione contra luciferianos cum in fine sic dicit breve
tibi et aptum animi mei sensum proferam In illa esse ecclesia permanendum que ab
apostolis fundata usque ad hunc diem durat sit ergo audieris eos qui dicuntur xpi
non a domino Jesu Cristo sed a quocumque alio nuncupari et puta marcionitas et
valentinianos scito ibi non ecclesiam Cristi sed antixpi esse sinagogam Ex hoc enim ipso
quod postea instituti sunt eos sunt eos se indicant quos apostolus futuros pre
nunciavit nec sibi blandiantur si de scripture capitulis videntur sibi affirmare
quod dicunt cum et diabolus de scripturis aliqua sit locutus et scripture non in legendo
consistant sed in intelligendo Alioquin sequimur possumus et nos quemcumque novum

nabis docma compone ut offeram in ecclesiam non recipiendos q altari
fuerunt et duas tunicas habent
Idem est Gregorius in moralibus quia ex sola catholica ecclesia victimas
a conspicitur aput se ex loth domus prohibet de quo videtur impetr
monsos ponitur ut dei faciem contemplatur quia nisi quos fidei soliditate
tenuit dominus prudentiam suos agnoscit. de soliditate dns dicat sup hanc pe
tram edificabo ecclesiam meam. Sola quippe est p qua dns sacrificium accipiet
libenter sola que p erratibus intercedat fiducialiter unde et de agni hostia
dominus precepit dicens In una domo comedetis nec efferetis de carnibus
eius extra foras In una namque domo comeditur quia in una catholica
ecclesia vera hostia redemptoris immolatur de cuius carnibus divina lex effe
ferras prohibet quia dare sanctum canibus vetat Sola est que intus se positos
valida caritatis compage custodit unde et aqua diluvii archam ad subli
mia sustulit omnes autem quos extra archam invenit extinxit unde quidem
et manifestum est quod sine spirituali manducatione que e p fidem que p dilectionem
operatur nullus potest ex digna manducacione sacramentalis [illegible] sacramentali man
ducatione [illegible] et paulus dicat quod sine fide impossibile est placere deo. Et quod sa
Aug cramentum sacramentum est [illegible] cum ut inquit beatus augustinus sicut etiam
an [illegible] ut intellexerunt homines dei dns [illegible] christi hoc sacramentum in
eis rebus commendavit quod ad unum aliquod rediguntur Ex multis namque
granis panis unus conficitur et ex multis racemis vinum confluit sic
ex multis fidelibus una constat ecclesia Ille ergo digne suscipit sacramentum qui
in se habet illud quod significat sacramentum unitatem et ut idem augustinus inquit tenet se
de q. di [illegible] quo passus. Spiritualis quidem manducacio sola et per se dat vitam
sacramentalis autem addita spirituali confert graciam sacramentalem unde e gra sacramen
talis munus quoddam divinum accidens ad consequendum sacramenti effectum Sicut sanctus
Thomas dicit in ultima parte sue summe xi lxx ar [illegible] in corpore Sed effectus
est sacramenti est ut idem dicit sup iiii sententiarum ubi tractat de effectu huius sacra
menti [illegible] in visione ad finem .q. Proprius effectus huius sacramenti est conversio
hominis in christum ut dicat cum apostolo vivo ego iam non ego vivit vero in me
christus ad gal. ii. Ad hunc effectum consequendum admittit receptio sacramentalis
p graciam sacramentalem Sed autem effectus ad perfectionem tendit ut supra est dictum nec
scio si multi sint et utinam omnes essent. de communicantibus Sed dimissum sacramentum
quam attingunt perfecte illum effectum ut amat ipsum. Non ipsum sed amat in eius corpus
corporatur quisquis si amat in eo corpus aut amat ipse carnalis homo
ut paulus apostolus nos docet cognoscere in epistola ad gal. [illegible] In ecclesia dei

concilia promissa recitata dicens de hiis qui spiritu vivunt et ambulant quod desideria
carnis non perficiunt et sequitur paulo post manifesta sunt opera carnis fornicatio
immundicia spiritualia luxuria ydolorum servitus beneficia inimicicie contenciones emula
tiones ire rixe dissensiones turpitudines secte invidie homicidia ebrietates
comessaciones et hiis similia que predico vobis sicut predixi quoniam qui talia agunt
regnum dei non consequentur et sequitur fructus autem spiritus est caritas gaudium pax pa
ciencia benignitas bonitas longanimitas mansuetudo fides modestia continencia
castitas et quoniam verbo salvatoris nostri sicut a fructibus cognoscitur arbor cognoscat
unusquisque in se si reperit in se fructus spiritus aut opera carnis sicut superius nomina
ta sunt et ex hoc cognoscat an vivat ipse iam non ipse sed vivat in ipso cristus
cum et ipse apostolus ibidem subiungit qui cristi sunt carnem suam crucifixerunt cum
viciis et concupiscenciis in hoc cognosces si in te vivit christus. Si caro tua cum viciis
et concupiscenciis crucifixa sit de concupiscenciis carnis aut quod vel in te vivit
Si talis sis iam non tu vivis sed vivit in te christus et vivere tibi christus est et mori
lucrum cupiens dissolvi et esse cum cristo ut ita nos sublevare velamine sed revelata
revelata facie simus cristo quoniam talis es magnas gracias age deo et omnes
per regenerationem cristum ut nos tales efficiat et faciat dies nostros sic finire quod credit
in ipsum que sub sacramento in ecclesia dominum in cristo velo revelata facie videmus
et finaliter eius beatifica visione amen

Continuatur magis eius ad omnia pro complemento ampliori eius equitur
ac disputatio domini cum iudeis cristi de quo paulus ad ephesios ii capitulo
pax nostra qui fecit utraque unum. Post predicta de iure ponens venit ad illud vi
capitulo nisi manducaveritis carnem filii hominis et cetera. Ad istam auctoritatem doctores
quidam de ea arguunt et apponunt in hac materia. Quicquid dicam salvo meliori quod
loquitur de spirituali manducacione que fit per fidem que per dilectionem operatur nam
illa operatur vitam eternam salvatore nostro dicente in ewangelio Johannis xvii hec
est autem vita eterna ut cognoscant te deum verum et quem misisti ihesum cristum quod
vita ergo in cognicione consistit que hic est per fidem ex parte prima ~~corporis~~ quam
[illegible] per fidem et in futuro erit plena ut ibidem hoc exposito [illegible] licet
autem que hic habetur cognicio de per fidem qua habitante in cordibus nostris et per
dilectionem operante indubie habemus vitam eternam et cristus manet in nobis
et nos in cristo dicente apostolo omnes enim filii dei estis per fidem quod cristo ihesu
quicumque enim in cristo ihesu baptizati estis cristum induistis ad galatas iii et
alibi habitare cristum per fidem in cordibus vestris ad ephesios tercio quo modo licet
homo cristum in se manducet quod cristus habitet in corde et maneat in cristo
quam cristum induit hec bene probatur per textum predictum Johannis vi ~~[illegible]~~ in fine collationis
sit dictum. Beatus Jeronimus dividit consistens secretorum hoc mandatum eius intereo

damus in nomine filii eius Iesu cristi et diligamus alterutrum sicut dedit mandatum
et qui servat mandatum eius in illo manet et ipse in eo Sic ibi textus Et qui in
cristo manet et cristus in eo hic manducat carnem et bibit sanguinem eius ut textus eiusdem
continuat habent solutionem frequenter et repetitus verbis dicit sanctus Thomas
et alii doctores communiter qui circa istam materiam ex intencione pertractant. Sed adhuc ad
1 ipo maiorem discuciendi proposito ex isto textu eius ostendere dicte auctoritatis verum et sin
cerum intellectum. qui iuxta doctrinam beati Augustini in libro de doctrina cristiana
in quo libro ponit regulas et documenta ad intelligendum sacram scripturam
Ubi ipse dicit quod verissime intellectus alicuius scripture ille censendus est qui ex circum
stantibus partibus colligitur et eisdem apte conferatur et hoc maxime in fi
guratiuis scripturis vel signatiuis qualis est ista nisi manducaueritis etc. Sic
ipsedem Augustinus ibidem dicit Nisi manducaueritis inquit carnem filii hominis et bi
beritis eius sanguinem non habebitis vitam in vobis ffacinus vel flagicium vi
detur iubere signata est precipiens dominice esse cogitandum et suauiter atque vtili
ter recondendum in memoria quod pro nobis caro eius crucifixa et vulnerata sit
hoc ibi beatus Augustinus que declaracio valde est reputanda quia in eo libro docet
quomodo scriptura sacra sit intelligenda Item enim in dictis doctorum valde est
attendendum in quo genere loquendi et ad quem finem loquitur Aliter enim est accipiendum
quod loquitur per modum exhortandi vnde frequenter explicant seu adaptant
textum per similitudinem mediorum ex sola vocalitate et aliter quod sacrificiose disticie
de ex intencione vt ita mox resoluendo Vnde cum hic beatus Augustinus in doctrina
scientifica et magistri tradendo artem et regulas intelligendi sacram scripturam
declarat sensum illius auctoritatis modo predicto constat illam esse finalem inten
cionem qua dictus sit textus de illo textu et quod ille sit verus et proprius intellectus eiusmodi
textus Dicamus ergo quod ille manducat carnem cristi et bibit sanguinem cristi qui
fidem veram tenet quod filius dei carnem suscepit humanam et in ea passionem
et mortem sustinens pro redempcione generis humani redempcionem sanguinem suum fudit et
huius passionis suauitatis continuat meditando et premeditando Vnde albertus
magnus in quodam sermone de corpore cristi de triplici potus ordine ex sanguine
cristi dicens quod primus est sacramentalis qui a solis sacerdotibus sumitur secundus intel
lectualis qui a populis cristianis sumitur sub specie panis de ipso cristi corpore
Tercius spiritualis qui ab omnibus saluandis de passionis cristi pia meditacione
habetur. Et mirandum est valde quia dicit quod tercius spiritualis etc. Concordat
tamen sicut beati Augustini

Veniamus ad discussionem ipsius textus Tenemus quidem predicto sicut beatus
Augustinus dicit et est primo allegatum quod ille textus est figurata locucio ad
sensum patet habemus eciam modi loquendi sacre scripture Nam in tropicis
seu figuratiuis locucionibus valde est attendenda consuetudo loquendi Nam et

Cum in legibus statutum est ut in dubiis et ambiguis orationibus attendenda sit intentio loquentis et voluntas, sic in sacra scriptura pro refectione spirituali sit aut per sapientiam aut per alia dona spiritualia que obtentum vel desiderare venit. Unde comestionis primo ix capitulo Sapientia edificavit sibi domum. Et venite comedite panem meum et cetera. xv° Eccl. Cibavit illum pane vite et intellectus et aqua sapientie potavit illum. Ysaie lv° Ysaie
Omnes sitientes venite ad aquas et qui non habetis argentum bibite et comedite. Et multa possem adiungere ex discursu sacre scripture sed dimissis aliis venio ad verba Cristi in hoc thematis Jo. de quo mobilius sermo venit aut evidentior
nisi ab illo quod scribitur Jo. iiii° cum Jesus sitiens dixit Samaritane si scires quis est qui tibi dicit da michi bibere tu forsitan petisses ab eo et dedisset tibi aquam vivam. Quid sitiebat Cristus docuit nos beatus Augustinus omelia xv° Aug.
fidem in ea operatur et fidem eius bibere et eam in corpus suum traiceret. Corpus eius est ecclesia hoc Augustinus. Et hoc probat per illud quod infra dicitur meus cibus est ut faciam voluntatem eius qui misit me. Et quam aquam promittet Samaritane ipsemet Cristus declarat. Qui biberit ex aqua quam ego dabo ei non sitiet in eternum sed aqua quam ego dabo ei fiet in eo fons aque salientis in vitam eternam. Quasi diceret eum (?) in me predicationi cor accommodavit et gratie donum agnovit. Fides que per dilectionem operatur in eo nascetur et sic in vitam eternam transivit. Vadatque ultra in eodem
textu Jo. iiii° Rogabant eum discipuli dicentes Rabbi manduca. Ille autem dixit eis Ego cibum habeo manducare quem vos nescitis. Dicebant discipuli numquid aliquis attulit ei manducare. Glo. Non intelligebant escam sic velut supra non intelligebat aquam. Unde magis eos instruit non per carnem vel illam sed iam aperte docens meus cibus est ut faciam voluntatem eius qui misit me. Sic est in textu. Et meus cibus est ut faciam voluntatem eius qui misit me et perficiam opus eius. Glo. Voluntas patris est ut credant in eo et in filium quem ipse misit. Opus patris est cura salutis Cristi, ergo cibus cura fidei et cura salutis. Item ergo voluntatem docendo credere in se facit opus maturandi mysterium redemptionis. Procedamque ulterius In novissimo die magne festivitatis stabat Jesus et clamabat. Si quis sitit veniat et bibat. Jo. vii° Hec tribuntur (?) Cristus et Jesus. Clamando provocat omnes et ad suam venire eucharistiam (?). Ad quem potum vocat Jo. evangelista exponit dicens Hoc autem dicebat de spiritu quem accepturi erant credentes. Unde glo. super verbis Si quis sitit dicit audire verba Dei et intelligere. Et sequitur glo. Venter est conscientia cordis que bibito spiritu purgata venit. Et est fontem et ipsa est fons vel flumen quod emanat benivolentia ad proximos velit consulere. Et si multas peterem de sermonibus Cristi illud tamen volui proponere. Beati qui esuriunt et sitiunt iustitiam quoniam ipsi saturabuntur. Mat. quinto. Et volui saturabuntur et de quo in talia

ostenditur xxii c. Ego dispono vobis sicut disposuit mihi pater regnum ut edatis
et bibatis super mensam meam in regno meo ubi glo(sa). Beati qui esuriunt et si-
tiunt iustitiam quoniam ipsi saturabuntur fruendo solum desiderato et amato gaudio
veri boni. Et alia gloza. mensa que omnibus sanctis est ad fruendum proposita
est celestis vite glo(ria). mensa ergo erit in regno dei in qua edent et bibent
et quid nisi dei beatificam visionem Cum secundum beatum Aug(ustinum) dei visio est tota merces
dei ergo visio erit cibus et potus animarum in celesti gloria. Hic autem cibus et potus
hic inchoatur per fidem et in celo perficiatur per spem Unde beatus Aug(ustinus) et ha-
betur glo(sa) coll(ecta) sancti Thome super illo Jo xvii hec est autem vita eterna ut cta
dicit Cum enim fides nostra videndo fiet veritas tunc mortalitatem nostram commu-
tatam tenebit eternitas fides ergo est cibus et potus animarum in hoc exilio et
in beata patria dei visio

Hec summissis pro loquendi consuetudine demanda que multis amplius
auctoritatibus possent ostendi sed licet brevitatis causa sufficiant Est enim
Aug(ustinus) valde ut predixi attendenda consuetudo loquendi. Unde beatus Aug(ustinus) in li. 3o
de doctrina cristiana Admonendi sunt studiosi venerabilium litterarum ut in scri-
pturis sanctis genera locutionum sciant et quomodo apud eas dici aliquid soleat
vigilanter advertant memoriterque retineant et hoc maxime in locutionibus
figurativis qualis est ista ut beatus Aug(ustinus) dicit in li. 3o de doctrina cristiana ubi
tradens regulas et documenta ad intelligendam sacram scripturam posita regula
de dicta auctoritate tradit etiam quod est maxime considerandum quia nos in admo-
nendo sermone hoc dicit sed in doctrina intelligendi sacram scripturam ut dictum est
Veniam ad propositum vi Jo. Veniamque in quo primo narrat quomodo cristus deus ex
de quinque panibus et duobus piscibus multitudinem populi saciavit quod quidem
opus eius quod dictum est figura fuit ut Aug(ustinus) declarat in omelia xxi super Jo
et alii doctores concordant per quinque enim panes quinque libri Moysi per duos pisces
duas illas personas scilicet sacerdotalem et regalem quam cristus figurabat et am-
Alchuinus bas ille sustinuit secundum Aug(ustinum) vel secundum Alchuinum psalmos et prophetas in quibus
omnibus latebat cristus Ipse autem frangendo panes et pisces idest aperiendo sacra
legis et prophetarum et primo apostolis quando dicens eis hec sunt verba que lo-
cutus sum ad vos cum adhuc essem vobiscum quoniam necesse est impleri omnia que scri-
pta sunt in lege Moysi et prophetis et psalmis tunc aperuit illis sensum ut in-
telligerent scripturas Luce fi. c. et deinde per apostolos ministrando populis animas
esurientes pane vite increpando refecit Deinde cum vero venissent ad eum
turbe volens intellectus et affectus eorum ab hiis transitoriis rebus revocare
ad amorem eterne vite increpando dixit Amen amen dico vobis queritis
me non quia vidistis signa sed quia ex panibus manducastis et saturati estis
Cris(ostomus) quasi dicat propter carnem me queritis non propter spiritum Aug(ustinus) Cris(ostomus) Post hec

prehensionem aut doctrinam eius adiungit dicens operamini non cibum qui perit
sed qui permanet in vitam eternam quem filius hominis vobis dabit hunc enim pater
signavit deus. Dixerunt ergo ad eum quid faciemus ut operemur opera dei. Respondit ihesus
et dixit eis hoc est opus dei ut credatis in eum quem misit ille. Hic Aug.
et est in glo. et ti. sancti Thome credere ergo in eum est cibus in vitam et-
ternam. Ut quid paras dentem et ventrem crede et manducasti. Quia ergo in-
vitabat eos ad fidem illi adhuc querebant signa hic Aug. in glo. ordinaria
Intellige fides que operatur per dilectionem opus dei est que est in actu et fons
totius boni sicut etiam innotuit beatus Aug. quod Samaritane dixerat si scires quis
petit a te bibere tu petisses ab eo ut daret tibi aquam vivam. Istis promittit
cibum qui permanet in vitam eternam. Et respondeo quod potus promissus Samaritane
et cibus istis promissus unum et idem est et tamen ibi aqua hic cibus nominatur
Attendendum est etiam quod dicit operamini cibum non dicit comedite cibum et tamen
tamen de cibo corporali aliud sit operari cibum aliud comedere. Operatur in coquina
et in mensa comeditur. In hoc autem cibo de quo hic loquitur idem est operari
et comedere quia utrumque est credere et istud dico propter grammaticos quilibet nimio
non plene grammaticos tertiam partem doctrinalis ignorant qui locutionibus tro-
picis proprietates vocabulorum grammatice et grosse considerant apud quos hec
pro diceretur aliquem innocuos dentes habere dicerent enim quod nuces faciliter
frangerentur quod tamen apud veros grammaticos significat locutiones scientes
apte dicitur et ornate. Nec enim transsumpcionis ignorant omnem similitudinem
quamvis sed propter suam elegantiam transsumunt nuces ad dentes. Leonem ad cristum
turrim ad nasum sponse et sic de similibus multis. Sequitur ewangelium prosequi-
mur. Postquam videre petierunt signa et comederant manna datum patribus in de-
serto allegantes illud scripture panem de celo dedit eis manducare. Dixit eis
Ihesus amen amen dico vobis non moyses dedit vobis panem sed pater meus
dat vobis panem de celo verum. Panis enim verus est qui descendit de celo et
dat vitam mundo. Cristus est iste panis glo. i. verbum dei descendens incarnatum verum
magister Bonaventura in compendio dicit quod verbum est cibus angelorum sed verbum
incarnatum est cibus hominum et glo. super ver. qui de celo descendit dicitur verbum
homo fit. Sequitur in textu dixerunt ergo ad eum da nobis hunc cibum dixit
autem eis Ihesus ego sum panis vite qui venit ad me non esuriet et qui credit
in me non sitiet sed utroque videtur panem qui esuriem tollit et sitim. Ergo idem est
cibus et potus. Deinde beatum Aug. audite eum qui venit ad me hoc est qui credit
in me et quod dixit non esuriet hoc intelligendum est non sitiet unquam utrumque
enim illa significatur sanctitas eterna ubi nulla est egestas hic Aug. et est
in glo. interli. Nunc vide tu quare dixit non manducare et bibe ego
autem verum panem reperio qui esuriem tollit et sitim. Sequitur in textu sed dixi
vobis quia vidistis me et non credidistis et hoc dixit ad improperium

de grammaticis

incredulitatem eorum quia non erant saciandi hoc pane sed et si illi non credi-
derunt non propter hoc in utilitate venit / qui omne quod dat mihi pater ad
me veniet per fidem dicit glo Et eum qui venit ad me non eiciam foras quia de-
scendi de celo non ut faciam voluntatem meam sed eius qui me misit patris Hec e
autem voluntas eius qui misit me patris ut omne quod dedit mihi pater non perdam
ex eo sed resuscitabo illud in novissimo die Hec est voluntas patris qui misit
me ut omnis qui videt filium et credit in eum habebit vitam eternam et ego re-
suscitabo eum in novissimo die Hic quomodo venitur expressius ostendit quod id
Aug9 est qui venit ad me et qui credit in me non ut dicit Aug. venitur ad christum non
ambulando pedibus sed credendo / quod bene patet per illud Io. xii Ambulate dum
lucem habetis / et infra dum lucem habetis credite in lucem · ostendens idem esse
quod ambulare / et venire ad eum et credere in eum et manducare illum panem
vivum qui de celo descendit · omnia idem sunt / qui sic per fidem manducat credendo
per fidem non esuriet neque sitiet / quia ad eternam satietatem perveniet resuscita-
tus in novissima die Sequitur in textu Murmurabant ergo iudei quia dixisset
Ego sum panis qui de celo descendi et dicebant Nonne hic est Jesus filius
Joseph cuius nos novimus patrem et matrem / quomodo ergo hic dicit quia descendi
de celo Respondit ergo Jesus et dixit eis Nolite murmurare invicem. glo.
quasi non sum panis quia vos sumus sed Nemo potest venire ad me nisi pater meus
qui misit me traxerit eum. glo. i. credere in me nisi gratia eum preveniat nisi per
revelationem que revelatio est tractio Sequitur et ego resuscitabo eum in novis-
simo die Scriptum est enim in prophetis Et erunt omnes docibiles dei omnis qui au-
dit a patre et didicit venit ad me non quia patrem vidit quisquam nisi sed is qui
a deo est hic vidit patrem Amen amen dico vobis qui credit in me habet vitam
eternam Ego sum panis vite Hec iterum apperte quod credere et manducare quia panis
vite est qui credit in eum habet eum et sic comedit eum · hic enim est hic vitam eternam
Sequitur in textu patres vestri manducaverunt manna in deserto et mortui sunt. glo.
quia non intellexerunt in eo spiritualem sic et vos qui auditis et non spiritualiter
intelligitis / vixerunt quidem Moyses et alii electi quia spiritualiter manducaverunt
hic et qui modo vera non spiritualiter accipiunt Notanda est ista glo. contra Begh^r
in textu hic est panis qui de celo descendit ut si quis ex eo manducaverit
non moriatur Ego sum panis vivus qui de celo descendi Si quis manducaverit
ex hoc pane vivet in eternum · glo. or. Quomodo sit panis declarant non
solum secundum verbum quo vivunt omnia · sed etiam secundum carnem assumptam pro mundi
vita / humana enim caro que erat peccato mortua eius unde coniuncta i. incorporata
unum cum illo effecta vivit de spiritu eius sic vivum corpus de suo spiritu qui de
corpore christi non est non vivit de spiritu christi et sequitur in eadem Aug.

Unde sumpta est gloza de spiritu non vivit nisi corpus cristi unguendum eum cor-
meum vivit de spiritu tuo. Hunc panem exponit Augustinus dicens Unum corpus multi
sumus o sacramentum pietatis o signum unitatis o vinculum caritatis qui vult vivere
accedat incorporetur et vivificetur. Et sequitur in glo. Anima autem iudei non cape-
bant unitatis nec talibus exponitur quomodo deus carnem suam dat ad man-
ducandum sed audiunt verum magis moveantur nisi manducaveritis quia sic scriptum
in textu litigabant iudei ad invicem dicentes quomodo potest hic nobis dare carnem
suam ad manducandum. Dixit ergo eis Iesus Amen amen dico vobis Nisi man-
ducaveritis carnem filii hominis et biberitis eius sanguinem non habebitis vitam
in vobis. glo. Et si ignoretis quomodo modus sit dandi eam carnem nisi man-
ducaveritis etc. Sequens glo declarans textum ita dicit hunc cibum et potum societatem
vult intelligi corporis et membrorum suorum quod est ecclesia et hic cibus demonstrat
textus sequens Qui manducat carnem et bibit sanguinem meum habet vitam eternam
et ego resuscitabo eum in novissimo die. Caro enim mea vere est cibus et sanguis
meus vere est potus. Qui manducat meam carnem et bibit sanguinem meum in
me manet et ego in illo. glo. Iam exponit quomodo fiat quod dixit et quid sit
manducare carnem et bibere sanguinem. Ecce ergo plane intelligitur illud ante
nisi manducaveritis ab ipso cristo datum videlicet in cristo manere et cristum in se ma-
nentem habere. Hoc autem quomodo fit apostolum audiamus. Omnes enim filii dei estis per
fidem in cristo Ihesu. Quicumque enim in cristo baptisati estis cristum induistis ad
Galatas iii°. Et alibi habitare cristum per fidem cordibus vestris ad Ephesios iii°. Ecce
quomodo habet cristum manentem in se. quia per fidem cristus habitat in corde. Et ma-
net in cristo qui cristum induit. Hoc inde probatur per textum prima Io. iii. in fine
ubi sic dicit beatus Io. divinorum conscius secretorum. Hoc est mandatum eius ut
credamus in nomine filii eius Iesu cristi et diligamus alterutrum sicut dedit no-
bis mandatum. Et qui servat mandata eius in illo manet et ego ipse in eo. Quem
licet volui meliorem interpretem verborum sancti ewangelii quam ipsum sanctum Iohannem
qui ea scripsit. Ecce tu aperte ostendit quod fidem et caritatem habere est in cristo ma-
nere et cristum manentem in se habere. Unde Augustinus et habetur de con. di. ii. c.
In eadem tamen. Et illud cogitetis vos vitam habere non posse qui sine expertes cor-
poris et sanguinis cristi dicente ipso nisi manducaveritis carnem etc. nulli est
aliquatenus ambigendum tunc unumquemque fidelium corporis sanguinisque domini fieri
participem quando in baptismate membrum corporis cristi efficitur nec alienari ab
illius panis calicisque consortio etiam si antequam illum panem comedat et calicem
bibat de hoc seculo in unitate corporis cristi constitutus abscedat. Sacramenti
quippe illius participatione beneficio illo non privatur qui ipse hoc quod ipsum

sacramentum sit. Inveniuntur hec Aug. Unde hic plana declaratio verbi Augustini
de tota questione sine sacramentali manducatione per sola spiritualem satius sit illa
dicto christi nisi manducaveritis etc. Et etiam eandem sententiam per eadem verba repetit
in sermone de infantibus et habetur de con. di. ii. c. ita dominus. Et etiam in libro
de sacramentis fidelium et ponitur per magistrum sententiarum in iiii° di. ix. Sed et hunc eius
verum intellectum sapiens eorum sententias confirmat quam breviter ptramq
Sequitur textus Sicut misit me vivens pater et ego vivo propter patrem et qui
manducat me ipse vivet propter me. glo. Sicut ego vivo propter patrem an vivior
sit qui me manducat vivit enim et ergo me vivit. Sequitur in textu hic est panis
qui de celo descendit glo et ita constat quod est vere panis de celo non manna quod
illud manducaverunt patres vestri similes mortui sunt. Manducans hunc panem
homo qui vitam non habebat. Hoc non potest dici de sacramentali manduca
tione quia non competit nisi ei qui vitam habet spiritualem. Sequitur in textu hec dixit
in synagoga docens in Capharnaum. Multi ergo audientes ex discipulis eius dixerunt
est hic sermo quis potest eum audire. glo. Sapientes secundum carnem ideo murmurant.
Sequitur in textu Sciens autem iesus apud semetipsum quia murmurarent
discipuli eius dixit eis Hoc vos scandalizat glo. quia dixi de carne et san
guine Si ergo videritis filium hominis ascendentem ubi erat prius glo. Si quo
videretis non eo modo quo putatis erogo corpus Et quia hec gratia morsibus
non consumitur sed spirituali gratia me illius dando in corpus meum continuit hunc
plane solvit quod ipsos movebat putabant enim quod corpus distribueret ille dicit
se in celum integrum ascensurum. quid ergo tenendum sit apposite subdit Spiritus est
qui vivificat caro hec que locutus sum vobis spiritus et vita sunt glo.
verba quibus dixi vobis manducate me etc. vivificant anime ut autem aliquis
maneat in christo ut membrum et christus in eo ut in templo vivificatus fiat
unitas autem ex caritate est caritas a spiritu ergo spiritus est qui vivificat compa
ginata membra non separata In sequentibus autem verbis determinat
declarat quid est ad eum venire quia per fidem que est ex dono dei dicit sed sunt quidam
ex vobis qui non credunt. Sciebat enim ab initio iesus qui essent credentes
et quis eum traditurus esset et dicebat propterea dixi vobis quia nemo potest venire
ad me nisi fuerit ei datum a patre meo. Hic dominus replicat quod predixit venire ad
credendum causam non credendi ostendit venire ex credere quod et sequentia etiam
manifestant. Sequitur in textu Ex hoc multi discipulorum abierunt retro et iam
non cum illo ambulabant dixit ergo iesus ad duodecim et vos vultis abire respondit
ergo Simon petrus domine ad quem ibimus verba vite eterne habes Et nos credimus
et cognovimus quia tu es christus filius dei. Comederunt petrus et alii per quibus
loquebatur panem qui de celo descendit et quod quia crediderunt et cognoverunt
comederunt carnem eius et biberunt sanguinem. Bene sapuit in ore cordis

Et ideo abire volunt sed dicunt verba vite eterne habes etc. Non loquor de sacco mea sed de sciencia secundum augustinum omelia super Joh. ubi beatus augustinus ita dicit Cum ergo dixisset discipulis suis numquid et vos vultis abire Respondit petrus petra illa voce o vim domine ad quem ibimus verba vite eterne habes bene sapit in ore eius caro scilicet domini nam exposuit eis et dixit Spiritus est qui vivificat caro autem nihil prodest quando id dixit Nisi manducaveritis carnem meam et biberitis sanguinem meum non habebitis in se vitam Ne carnaliter intelligerent Spiritus est inquit qui vivificat caro autem non prodest verba autem que locutus sum vobis spiritus et vita sunt hunc spiritum et hanc vitam non sapiebat iste Nicodemus qui nocte venerat ad dominum cui ait Jesus Nisi quis natus fuerit denuo non videbit regnum dei et ille carnem suam sapiens in cuius ore nondum sapiebat caro cristi quomodo inquit homo potest cum sit senex iterum nasci etc. hec Aug. Et notandum quod dicit beatus augustinus quia bene sapit caro cristi in ore petri Ex quo patet quod petrus comedit carnem cristi De qua cristus dixerat Nisi manducaveritis etc. Et tamen adhuc sacramentum hoc a cristo nondum erat institutum / Similiter ita non videt clarum et verum intellectum verborum cristi ex ipsius verbis et ipsius declaratione ex verbis circumstantibus textus de cuius intellectu agitur Sed et ex alio loco ad ipsum probatur salvator cum discipulis suis quibus iam apertius parabolam loquebatur quam turbis Iudeorum in ultimo sermone post cenam dixit manete in me et ego in vobis Sicut palmes non potest ferre fructum a semetipso nisi manserit in vite sic vos nisi in me manseritis / ego sum vitis et vos palmites qui manet in me et ego in eo hic fert fructum multum Albertus et Thomas in glossa qui manet credendo obediendo diligendo perseverando et ego in eo illuminando subveniendo perseverantiam dando et ita si quis in me non manserit mittetur foras et arescet et ita in textu Si manseritis in me et verba mea in vobis manserint Cristus ostendens quid est in me manere subdit Si manseritis etc. in me et verba mea in vobis manserint etc. ego in quo est vita vestra si maserunt in vite quia palmites sunt si non manent in vite arescunt quod manent in vite quod est cristus credendo et obediendo sic ergo per fidem que per dilectionem operatur et manere in cristo et cristum in vobis est manducare carnem eius et sanguinem bibere et vitam habere habere sequitur beatus augustinus per totum discursum quem facit super hoc capitulo in quintima expositione quam facit super evangelium Jo. a principio usque ad finem super hoc capitulo et super tercio capitulo et in multis passibus per discursum textus sui Item in libro de doctrina christiana quod est valde necessarium quia ille liber ab eo est editus ad docendum sacram intelligere scripturam Item in libro xxi de civitate dei ubi ita dicit cum ergo est eius corporis unitate aut in christianorum compage membrorum cuius sacramentum corporis sacramentum fideles communicantes de altari sumere consueverunt Ipsi vere dicendi sunt manducare corpus cristi et bibere sanguinem cristi etc. Denique ipse dixit cum

Aug.
Aug.
Albertus
Thomas
Cris.
Aug.

manducat carnem meam et bibit meum sanguinem in me manet et ego in eo
ostendit quid sit in sacramento tantum sed re vera corporis est manducare et sanguinem
eius bibere hoc est enim in christo manere et ut in illo maneat et christus sit in eo
sic dixit tamquam diceret qui non in me manet et in quo non ego maneo non se
dicat aut existimat manducare corpus meum aut bibere sanguinem meum et
in libro de unico baptismo contra pelagianos ut supra est allegatum Item
Ieron(imus) et beatus Ieronimus teste doctore habetur in glosa super illo p(rima) cor xi hoc enim accepi a
domino quod et tradidi vobis etc et in decreto de con(secratione) di(stinctione) ii dupliciter(?) inquit
intelligi caro christi et sanguis vel spiritualis illa atque divina de qua ipse dixit
Caro mea vere est cibus et sanguis meus vere est potus et nisi manducaveritis
carnem et sanguinem meum biberitis non habebitis vitam eternam vel caro
que crucifixa est etc de qua carne intellexit Ieronimus illud Nisi mandu-
caveritis hoc apte colligitur ex dicta glosa que in predicto expresse(?) dupliciter
carnem huius sacramenti scilicet contentam et significatam sed non contentam Et quod si-
gnificata et non contenta est caro christi que de virgine fuit Significata vero
sed non contenta est unitas ecclesie Consequenter subiungit hoc est duplex caro
Ieron(imus) christi unde Ieronimus ait duplex etc Ad idem est Augustinus super Io(hannem) Crede in ihesum
Augustinus cristum hoc est manducare panem vivum qui credit manducat invisibiliter
saginatur et invisibiliter renascitur Huic etiam sensui dicit etiam famo-
sus Allexander de Halis sanctus Thomas Bonaventura Richardus et
re omnes doctores famati(?) hoc sentiunt

Sed quid dicendum est quando reperimus aliquos doctores qui dum loquuntur
de sacramento eukaristie allegant illum textum Ad hoc dico quod solemnes
doctores Zacharias Crisopolitanus in libro qui dicitur unum ex quatuor de eo
ex quatuor evangeliis fecit unum textum Ita dicit Nonnulli doctores
aliqua de predictis que videntur ad altaris sacramentum referunt et in columna expo-
sitione nulla(?) Noster(?) huius doctoris aptissima verba dum dicit quod nos(?)
distinguere que videntur referre et in continua expositione ponere Et in-
super(?) quod in columna expositione glosa ordinaria et Augustinus declarant illum textum
primo et ipse Cristus quod autem dicit aliquem textum ad aliquod videntur refe-
runt non quia est quod illius textus sit talis verus et proprius intellectus
sed ex quadam similitudine vel ratione simbolica vel parabolica conformia(?)
adaptant hoc probo ex textu Mathei deinde ex dicto [illegible] Cronica dicit
et omnes male habentes curavit et adimpletur quod dictum est per Ysaiam
prophetam dicentem Ipse infirmitates nostras accepit et egritudines nostras
Hilarius portavit Super quo verbo beatus Hylarius dicit hoc autem de passione magis
a propheta dictum esse videtur [illegible] ergo Cronica de egritudinibus hoc exposuit
vel sciendum quod historie hoc testimonium adaptavit vel ostendit quoniam

plures egritudines

Plures egritudines a peccatis sunt nam et ipsa mors a peccatis habuit radicem. Vide quod licet verus sensus illius prophetie sit de peccatis tamen ewangelista adaptat ad corporales infirmitates. Item illud Mt. secundo ut adimpleretur quod dictum est per prophetam ex egipto vocavi filium meum de quo Jeronimus super Osee dicit hoc autem testimonium vult ewangelista hoc autem typice referetur ad Christum et postea in eadem. Et veniens habitavit in Nazareth ut adimpleretur quod scriptum est per prophetam quoniam Nazareus vocabitur super quo beatus Jeronimus habuit autem sic prophete testimonium more suo adimplevit dicens etc. vel in textu. Et Jo. xviii Si ergo me queritis sinite hos abire ut impleretur sermo quem dixit quia quos dedisti mihi non perdidi ex eis quemquam ibi Christus perditionem autem non habet dixit secundum illam eternam. Ewangelista vero et de presenti morte hoc accepit sed et ecclesia et doctores applicant beate marie illud quod de sapientia increata scriptum est Ab initio et ante secula. Et multa similia et sanctis confessoribus episcopis [illegible] que paulus apostolus dicit de Christo in epistola ad Ebreos et in ecclesiastico de moyse aaron. Et ecclesia cantat in festo corporis Christi Venite comedite panem meum et bibite vinum quod miscui vobis et verba Job dixerunt viri tabernaculi mei tabernaculi mei quis det de carnibus eius ut saturemur que sunt per quandam appropriationem non tamen sine convenabili causa facta et Christum. Intravit Jhesus in quoddam castellum et mulier quedam martha nomine excepit eum in domum suam applicatur ad mariam beatam virginem. Et legitur in festo assumptionis eiusdem [illegible] de si diligitis [illegible] in sanctis illa caritas ego vobiscum sum usque ad consummationem seculi applicatur ad sacramentum cum tamen non sit ille proprius intellectus. Gregorius xii moralium illud Job antequam in [illegible] exponit de inferno et [illegible] in libro de vita contemplativa illud apostoli Quod non ex fide peccatum est exponit de fide christiana cum tamen verus sit i. ex conscientia [illegible] presidentia verba declarant et doc. et est textus Mt. Cum omne de presbytero defecerit multi carta [illegible] omnia [illegible] sit ex dicit predictus doctor verum est [illegible] aliquas partes ewangelice lectionis referunt ad sacramentum altaris et non inepte sed ex simbolica ratione [illegible] que est [illegible] signum et rem. Sed advertendum est quamvis ea que hoc modo transsumuntur non habent eam distinctionis modum. Non enim ea que referuntur ad signum per verum signati eatenus distincte accipienda sunt. Apostolus enim dicit mihi absit gloriari nisi in cruce domini nostri Jhesu Christi. Et etiam canit O crux ave spes unica hoc passionis tempore auge piis iustitiam reisque dona veniam. Hec verba ad unum referuntur principaliter et ad aliud tamquam ad signum applicatur. Sed sermo fide passionis Christi salus non est et a solo Christo crucifixo reis venia datur. Est tamen venerabile signum crucis propter eum venerandum et ante oculos frequenter habendum propter memoriam salvationis nostre non est tamen unica christianorum spes sicut est ipse Christus crucifixus. Ipsi vero [illegible] communis sub duplici specie applicatas [illegible] ad sacramentum [illegible] volunt accipe quod accipiatur in principali intellectu de quo dicitur Constat enim ut supra deductum est quod in ipso principali intellectu verum et idem est manducare et bibere et est unus panis qui esuriem tollit et sitim quod sicut beatus Greg

Paulus(?)

Jeronimus

Greg

Apostolus

In simili inquit super orationem omnem Christo. Sacra scriptura cibus et potus noster est. Unde per
prophetam alium dominus comminatur mittam famem in terram non famem panis nec sitim aque
sed famem et sitim audiendi verbum dei. Cum ergo substracto suo eloquio famem et sitim
nos alibi dicat. Quia eius verba cibus noster et potus sunt. Demum sic ergo in propo-
sito dico omnem credentem in se quod is non esuriet neque siciet dicat quod ipse noster cibus
et potus sit evidenter ostendit. Et iterum cum manducantibus carnem et bibentibus sanguinem
vitam dicit nos habere non posse et se manducantibus vitam e vestigio pollicetur
Cum consequenter subiungit Qui manducat me ipse vivet propter me quod ipse idem
cibus et potus sit manifeste declarat. Unde Iohannes Cris. in sermone pen. Man-
Cris. ducare noluisti factus est mensa. Bibere noluisti factus est tibi poculum. Qui
manducat meam carnem et bibit meum sanguinem etc. Notandum quod non dixit dedit
tibi sanguinem sed factus est tibi poculum et tamen subiungit auctoritatem que videtur dissim-
sonare cum ipsius auctoritatis vero sensu demum quia idem Cristus vivus et in-
teger cibus nobis et potus est. Unde beatus Augustinus et habetur de con. di. 2. Quia
Aug. Qui manducat et bibit Cristum vitam manducant et bibunt. Et Greg. in
Greg. omelia paschali de con. di. 2. Quid sit sanguis etc. Si quotidie eius ipse comeditur
et bibitur. Dico ergo quod in principali intellectu qui secundum fidem Christi bibit et manducat
cat Cristum fontem aque vive et cibum salutis eterne et non esuriet neque siciet
panem illum sic manducando. Sic et qui Cristi corpus sub specie panis digne
sumit celestis panis scilicet sanctitatis membrorum se participem ostendit. Carnemque
manducat et sanguinem bibit. Nam ut verbis utar domini P. de Tarantasia In
hostia est cibus et potus secundum rem licet non secundum expressum i. aspectum signum et
Alexander et Albertus magnus in summa de corpore Christi — sub panis specie manducatur caro et bibitur sanguis licet non signo Christo. P. in me-
predicte allegato dicit Sic sacerdos sumit sanguinem sacramentaliter de calice Sic
populus sumit intellectualiter sub specie panis de ipso corpore Cristi et est eadem
vitalis et tamen dulcis ut sacerdotibus qui sumunt eum in specie vini de cali-
ce cum fructu botros cipri dilectus meus mihi dico sumo in botro et uva i. virgi-
donum in cibum et ex uva sugo dulcem sanguinem Cristi Dent.° xxv. Et san-
Dent.° guinem vere bibunt meracissimum. Et iterum al. Secundus potus Cristi sanguis
est intellectualis quem apostoli sumunt sub specie panis de ipso corpore salvatoris. Nam
sicut sub specie vini sanguis est intellectualis per consecrationem et corpus panis ...
vicionem unde sicut sacerdos sumit Cristi sanguinem sacramentaliter Ita fideles populi
sumunt eum intellectualiter de ipso Cristi corpore. Nos illud primi aquile cum
bibunt sanguinem pulli aquile sunt subditi ecclesie hic lambunt sanguinem Cristi non
de calice sed de ipsorum corpore hec ille. Unde magister Bernardus in iii de Cl. pro
quo dedit rationem quare sint sub duplici specie instituta statim subiungit sub utraque
specie totus sumitur Cristus nec plus sub utraque nec minus sub altera tamen su-
mitur Cristus nec plus et confirmat hoc auctoritate beati Hilarii quia ubi pars ibi totum

est ut ait Ylarius in corpore Cristi quia in manna presserit de quo dicitur qui plus collegerat non habebat amplius nec qui minus parauerat habuit minus Et idem dicit glo super epistola pauli prima cor xj Sub specie enim panis est Christus totus plenus gracia et fons omnium graciarum ymmo esset error quod sit credere et sunt quidam heretici hoc dicentes unde sicut narrat ymmo in tractatu de missa parte quarta b quorum Iudas propter quidem dicendum habuit errorem prohibitum fuit ne hostia intincta daretur. Ista sunt verba ymmo Iudea vero cristus buccellam intinctam dedit unde constitutum est ab ecclesia ut non detur intincta Constitutum est in concilio propter heresim extirpanda que dogmatisant Christum sub neutra specie totum existere sed sub utraque simul existere et hec est una de causis quare ecclesia commemorant quare sub utraque specie populo non donatur prout laudabilis et approbatissima consuetudo ecclesie habet

Cum finaliter constituatur ante tribunal maiestatis diem tuam anima que omni peccato sua condigna penitencia emendauit et eukaristiam tamen sub specie panis accepit assunt accusatores demones et dicunt hec anima vitam eternam habere non debet quia non comedit speciem sub utraque iuste modo tu dixisti nisi manducaueritis carnem et biberitis sanguinem non habebitis vitam in vobis Ait anima illa Domine tu dixisti eciam qui manducat me ipse viuet propter me tamen ego te sumpsi et sunt gratum manducaueris in illo digno sacramento adimplens promissorum tuum manducauit te viuam propter te cuius tam impius quod audeat asserere animam habent quotidie dare a vita beata non tamen una anima sed multa milia animarum propter tot annorum circula hec consuetudo viguerit in ecclesia sancta dei dicat ergo quilibet Christianus Deo tu credidi et scio quod falli non possum quia ipsa veritas ait qui manducat me ipse viuet propter me Et hoc modo sit credendum ecclesia tradidit que secundum apostolum est columpna et firmamentum veritatis super columpnam et firmamentum veritatis fundatus cadere non possum quia fundatus supra firmam petram columpnam scilicet et firmamentum veritatis et in illo modo possum deuiare Jo Crisostomus in Crisostomus
sermone de pente cum incipit hodie terra facta est celum dicit petram vocauit eciam suscipientem fluctuus est non titubantem et in quadam epistola sua que incipit multi quidem fluctus et immanes sed submergi non vereor quia super petram sto Ista dicit Christus eciam nichil fortius et illa fortior enim ecclesia quam terra multo ymmo et fortior celo Celum et terra transibunt verba autem mea non transibunt Ipsa enim petri nauicula que turbari potest periclitari non potest Si ergo conuententes in scripturarum pelago pereunt non timeo ipsa eciam ecclesia est archa noe iuxta vallegatam autem beatam Gregorii cum possem multas concordancias aliorum sanctorum doctorum afferre ipsa omnes in se credentes ad superiora leuat Rogemus supplices ipsius caput dominum nostrum Ihesum Christum ut sic nos in ipsa faciat persistere et sanctis operibus hundare et abhac vita militanti seu pugnanti ecclesia ad te triumphantem que est in beata celestia patria prouenire mereamur

Expeditis tamen dei adiutorio hijs que dicenda occurrunt pro discussione

eorum que per partes excitatas scripta sunt circa donationem cene et a beato Paulo
prima ad Cor. xi contra nec non et Cirillus contra Nest. vi. c. i. Nam procedendo etiam ad
originalia seu dicta doctorum et canonum que per precedentes consequenter inducta
sunt. Invocando eius auxilium gratiam et illuminationem cuius munere ipsi doctores
conuenerunt scire et posse dicere que dixerunt et sacri canones sunt conscripti. Sed
Aug. ante omnia volo premittere quod beatus Augustinus in libro de doctrina christiana tractat de
Ticonii regulas quas dicit esse veluti claves ad aperiendum intelligentiam sacre
scripture prefatum que beatus Augustinus ibi dicit circa primam regulam de domino
et de eius corpore mistico et ultimam circa quas dicit lectorem sacre scripture
debere esse [illegible] quia sepe sacra scriptura dum de corpore loqui incipit transit
ad caput et iterum ad corpus reuertitur et econtra et nunc de sanis nunc de infirmis
membris per mixtum loquitur in quibus faciliter erratur nisi diligenter le-
ctor aduertat atque discernat. Similiter modo quartam regulam quam dicit de specie
et de genere quoniam interdum scriptura dum de specie loquitur et adhuc continuare videtur
excedens speciei mensuram transit ad genus vel ut beatus Augustinus id est cum de specie transitur
ad genus quam adhuc de specie loquente scriptura vbi vigilare debet lectoris intentio
ne querat in specie quod potest in genere melius et certius inuenire quod explicat
in exemplo prophete Domus Israel habitauerunt in terra et polluerunt eam. Sic vbi dissime
loquitur de israhele secundum carnem et postea continuando quam de eodem loqui vi-
deatur excedit speciem vel et adiungitur genus de loquendo israhele secundum spiritum qui non
est ex vno populo sed ex omnibus gentibus congregatur et sanctificatur et mundatur
aqua munda hoc est baptismi sacro que ibi latius declarantur. Sic et aduertendum
valde est in dictis doctorum aliquorum qui ad instar scripture sacre tropice fre-
quenter loquuntur et dum de signo loquuntur transeunt ad signatum de sacro
altaris transeunt ad misticam Christi carnem et econtra sicut in glossa or. super Matheum
Comedunt et bibunt ex eo omnes. Hec sunt verba Jeronimi Ebrietas felix salutaris sa-
Iero. cietas que quanto copiosius sumitur tanto sobrietatem mentibus donare dignatur. Iudas
bibit sed non satiatur nec sitim extinguit ignis eternus quia indigne sumit misteria.
Sed totam hanc glossam intellige volunt de sacro invisibili sicut ultima pars loqui
videtur non esse vocatur prima sua quia etsi tam copiose posset de illo aliquis sumere
quod non sobrius esset. Sed de spirituali gratia quanto magis hauritur tanto magis anima pura
sobria et clara efficitur. Sed illud quod in missa dicitur Iube hec perferri per manus sancti
angeli tui. Sic vbi aduertendum est nam cum illa oratio de illo sacro loqui videatur
per illud et quidquid sic tibi relatum prima pars de corpore mistico loquitur ut declarat
sanctus Thomas in ultima q. lxxxiii articulo iiii quarto in responsione ad nonum dicens
cum sacerdos non petit ut species sacramentales deferantur in celum nisi corpus Christi verum
quod ibi esse non desinit sed petit hoc de corpore mistico quod in hoc sacro significatur.

Similiter dictus Augustinus et habetur de con. di. 2 quia passus est dominus pro nobis commendavit in isto sacro sanguinem suum et corpus quod fecit nosmetipsos cum dicit loquitur de corpore vero statim transit ad corpus misticum cum dicit fecit nosmetipsos nam et corpus ipsius facti sumus opus igitur est ut vigiles lectoris intendas in istis transumptionibus et de uno in alterum transumptionem ne queras in sacramentali manducatione quod in instituta cristi carne scilicet fidelium unitate et manducatione eius que fit per fidem que per dilectionem operatur citius et melius invenitur

Et bene placet michi illud quod dicit quod auctor sacre scripture est deus qui omnia simul suo intellectu comprehendit ideo non est inconveniens si in una litera sacre scripture plures sint sensus De eo autem quod dicit literales non contendo primo quia scio quod multi doctores dicunt quod non est nisi unus sensus literalis alios esse allegoricos et quod quod ponit de illo ego ero illi in patrem quod ad literam de salomone dictum quod intelligatur etiam de cristo etiam ad literam non concedunt patet quia per allegoriam sic et duo filii abrahe dicuntur duo testamenta iuxta apostolum ad Gal. iiii unde dicunt nonnulli doctores quod ille allegat pauli in epistola ad Ebreos et eiusdem illud ubi non commendatur quod eo applicatur ad cristum sunt allegorici sensus propter allegoriam de signo ad signatum sicut salomon et agnus paschalis erant figura cristi Et ideo de illis ad literam dicta sunt de cristo per allegoriam Et hoc loquendi genus sepe ponit scriptura et etiam doctores et hoc frequenter in materia sacri In quo genere loquendi advertendum quia non adequate oportet accipere sicut totam scripture seriem applicat sicut tamen 2o Regum 7o scribitur de salomone Ipse edificabit domum nomini meo et stabiliam thronum regni eius usque in sempiternum Ego ero ei in patrem et ipse erit michi in filium que iam per paulum applicatur ad cristum Illud tamen quod immediate sequitur quod si inique aliquid fecerit arguam eum non ad cristum simpliciter applicari potest hoc esset una longa materia in qua multa dici possent Sed quia nunc alia me compellant sufficiant pro presenti et ad principalem materiam prosequamur

Primo ad probandum quod literalis sensus et principalis illius verbi Nisi manducaveritis etc. sit de sacramentali manducatione allegat glo. interlinearem quam dicit in eorum codicibus inveniri que dicit quod iste modus non fecit mentionem de comestione sacri altaris Certe illa non est glo. ordinaria quia glo. ordinaria semper prosequitur textum de quo predixi unde ibi statim glo. ex dictis Augustini hunc cibum et potum societatem vult intelligere corporis membrorum suorum quod est ecclesia etc. hec est vera glo. Et statim alia sequens iam exponit quomodo fiet Et quid sit manducare carnem et bibere sanguinem hoc est in cristo manere et cristum habere in se manentem et sic deinceps per totum discursum glo. patet per me supra dictus est deductum Et sic illud commentum quod iste modus non fecit mentionem de comestione sacri altaris non est glo. ordinaria sed potuit esse quod aliquis sic postillat in libro suo et postea scriptores inseruerunt cum glo.

Illa autem pars que sequitur bene est de glo videlicet Si ignovisses etc et ne quis di
cat me allegasse glo marginales et quod verum est quod ille persequuntur sensum quem
ego dico sed quod illa esset interlinearis dico quod interlinearis et marginalis semper
sequuntur illum sensum quem ego dico verum infra glo interlinearem exponens illud
Caro mea vere est cibus et sanguis meus vere est potus dicit enim satietas scilicet eternitatis
etc et sic semper glo ordinaria persequuntur solum de spirituali manducatione Et idem dico de
alia quam subsequenter allegat Exponit quidem solum doctores de comestione sa
cramenti altaris que vera non est glo ordinaria sed creatio quod quia ego repperi eam cassatam
in isto elegantissimo libro et ab aliquo studioso et magno viro bene videtur dispo
sito et eius effigie potest intueri quia non solum ista est cassata sed alie plures per diversum
sum volumen Ego volui intelligere quare hoc factum esset et quesivi libros anti
quos Et vidi quod glo que in isto volumine sunt cassate in istis antiquis non sunt
unde ego et alii magistri qui meum hoc viderunt tam ex hoc quam ex continuatione
vel distolutione ad intellectum glozatoris cognoscebamus illas non esse glo ordinarias in
ducimus quod sunt postea aliquis postillavit et per eas scriptores insuerunt in glo
unde ille prudens cassavit quia non sunt ordinarie glo sed etiam ea que dicunt
non urgent quia dicunt de comestione altaris Dionysio vero predicto quia illud propter
infirmitates nostras accepit Et Cronica Mathei exposuit de cognitionibus
tamen tamen primus sensus illius loci sit de petius prout superius dixi allegando bernar
dum Et illud quod Christus dixit quos dedisti mihi non perdidi ex eis quemquam
Nam in passione exponit de apostolis ut non caperentur quomodo Christus dixit Si ergo
me queritis sinite hos abire unde Crisostomus ibi dixit perditionem autem non hanc dixit
sed illam eternam Cronica vero et de perditione morte hoc accepit multa super hoc hei
iam dixi que non oportet hic repetere per que ad hec et omnia similia est sufficienter
responsum glo quam aliter allegat non est alia glo sed pars predicte Item idem
inducitur Allegat postea glo super verbo sancti petri Domine verba vite eterne
habes Illa gloza nichil plus dicit nisi sit in ministratione corporis et sanguinis tamen
primitus vitam Et glo sequens super verbo Credimus et cognovimus dicit plus
est credere deinde cognoscere habetur in textu quia tu es Christus filius dei glo quia
tu es vita et ideo in carne et sanguine tuo non des nisi quod es eciam habemus
ergo istis glo nisi quod comedere carnem Christi et bibere sanguinem dat vitam sed quia
comeditur et bibitur glo ille non dicunt per se sed relate ad textum bene insinuat
quia credendo et cognoscendo quia tu es Christus filius dei Comederunt apostoli
carnem Christi et biberunt eius sanguinem Et hoc est quod beatus Augustinus commemorans
hoc verbum Petri dixit Bene sapuit caro Christi in ore petri ut supra est allegatum
Ecce quomodo beatus petrus comedit carnem Christi et bibit sanguinem eius creden
do et cognoscendo quia tu es Christus filius dei ut in textu supra quo sunt ille glo.

Dicta vero sancti Thome que quidam allegant non urgent si allegat pro to-
tum non est aliquid quod stringat magis quod magis videtur facere est illud quod
dicit concordia ante quod forma potest referri ad spiritualem manducationem vel sacra-
lem Si enim refertur ad spiritualem nullam habet dubitationem habet forma ille enim
spiritualem manducat carnem cristi et sanguinem bibit qui particeps sit ecclesie unitatis
Si vero illa forma refertur ad sacramentalem manducationem dubium habet quod dicit Ergo non
nego quin possit referri ad unum et ad reliquam sicut predixi Sed bene est advertendum
quod dixit quod si refertur ad spiritualem manducationem nullam habet dubitationem ista forma
Si autem ad sacramentalem tunc habet dubium et difficultatem quas sic quidam monet in
quibus determinat contra ipsos videlicet quod non est de necessitate salutis sub utraque
specie ut pridie fuit latum et quod adultis tantum debeat ministrari eucharistia et in
aliis multis locis semper est sanctus Thomas et ipsa forma Et est verum quod sanctus
Thomas interdum applicat istam auctoritatem ad sacramentalem manducationem Sed sicut quidam
ubi ipse resolute loquitur semper intelligit eam de spirituali manducatione sicut
possem ostendere per discursum operum suorum in multis locis

[E]ca quidem que allegantur ex libris beati Augustini de meritis et remis- Aug'
sione peccatorum et contra pelagianos eiusdem volumen sunt libri [illegible]
intitulantur nominibus Primum ergo quod allegatur in quo dicit optime puni-
cianam baptismum ipsum nichil aliud quam salutem et sacramentum corporis cristi nichil aliud
quam vitam vocant etc. non urget ad rem Sed sequentia videntur multum facere copia
primo quod ipse ponit ultimo quia est primo in libro beati Augustini ex quo dependet forma
subsequentium pro cuius intelligentia est notandum quod in illis libris beatus Augustinus
disputat contra pelagianos qui negabant originale peccatum et dicebant parvulos
etiam sine baptismo mitti innocentie habere vitam eternam Et quia [illegible]
et concludebantur multis rationibus et presertim ex illa auctoritate ipsius in evangelio Nisi quis
renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto non introibit in regnum celorum di-
cebant et si non intrabant in regnum celorum tamen habebant vitam Et ideo paulo
ante illam auctoritatem pro ponentem allegata ita dicit beatus Augustinus propterea conatur parvulis
non baptisatis innocentie meritis salutem et vitam eternam tribuere Sed quia baptisati
non sunt eos a regno celorum facere alienos nova quadam et mirabili presumptione
quasi salus eterna et vita eterna possit esse preter cristi hereditatem et preter regnum ce-
lorum habent enim quo confugiant atque ubi delitescant quia non ait dominus Si quis non
renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto non habebit vitam eternam Sed ait non intrabit in
regnum dei etiam si hic dixisset nulla hinc dubio possit oriri auferatur ergo ista
dubitatio dominum audiamus etc. Ecce patet quod ad convincendum illos sic arguit
qualiter ex quibus probat dominus vel ex eo quod aliud presupponit id quod presupponitur

Videlicet si ita non dantur nisi participantibus mense domini et ad illam nemo
vite nisi baptisatus accedit ergo erit vita sine baptismo habetur Et quod ut
inquit beatus Hylarius et habetur in decre. de ver. sig. intelligentia dictorum
ex causis est assumenda dicendi quia non sermoni res sed rei sermo est subiectus
et dicit beatus Ysidorus xxii. q. v. dicendum quia causa persona locus et tempus
quod nullatenus non indagantur in errores laborinthicos quod multi intrantes impingunt
et ideo in c. solite de ma. et obe. Nam si personam loquentis ad eos ad quos loquebatur
et cum loquebantur diligentius intellexisses sentencias non expressisses
totaliter intellectum considerandum ergo dictum beati Augustini ex causis dicendi
Aug. ad quem finem loquebatur Et certe non erat tunc propositum beati Augustini agere de vo
et ideo sensu illius auctoritatis nisi manducaveritis sed tota intencio versabatur ad
obcludendum illos hereticos pelagianos et ad tollendum eis ambages fugiendi modum
et quia evadere conabatur ab illa auctoritate nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu
sancto non intrabit in regnum celorum quia non dicit non habebit vitam tunc aufert
istud in qua ponitur vitam vitam Et tunc dicat Unde ad hoc vide post missa pro ma
tria pugnaces libros adversus constanciam perspicue veritatis intendat Et ideo
infra ne illi conaentur evadere quia non dixit nisi quis manducaverit sed nisi
manducaveritis ad parvulos loquitur obcludit eos per illud cristi Et panis quem ego
dabo vobis caro mea est pro seculi vita. Dicens non ergo pro parvulis tamen sed
pro seculi vita non ergo est intencio beati Augustini diffinire quod sine utroque sacramento
scilicet baptismo et eukaristia salus et vita haberi non possunt sed ita loquitur ad omnia diverti
cula tollenda hereticis illis ut probet quod sine baptismo nec regnum dei nec vita
possit haberi Et hoc bene patet ex hiis que infra dicit
Iam nunc scrutemur quantum adiuvat dominus ipsum Et evangelii ubi ait Nisi quis
renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto non intrabit in regnum celorum quia isti sua
nisi moverentur non parvulos esse baptisandos esse censerent sed quia non ait inquiunt
nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto non habebit salutem et vitam eternam
tantum dixit non intrabit in regnum celorum Adhuc parvuli baptisandi sunt ut sint se
etiam cum cristo in regno dei ubi non erunt si baptisati non fuerint quamvis etiam sine
baptismo si parvuli moriantur salutem vitamque eternam habituri sint quod nullo peccati
vinculo obstricti sunt Sed hoc dicentes numquam explicant isti quia iusticia nullum
parvulum habentem ymaginem dei separabitur a regno dei
Deinde videamus contra dominus ihesus cristus unus et solus magister solus bonus
in capitulo evangelica lectionis non signanter et ostenderet quod nisi pro remissionibus
peccatorum sicut ad regnum dei perveniat baptisati quamvis recte intelligentibus
sufficere debuerit quod dictum est nisi quis renatus fuerit denovo non potest vi
dere regnum dei Cur enim nascitur denuo nisi renovetur unde renovetur

Nisi a vetustate qua vetustate nisi in qua vetus homo cum simul
crucifixus est tractus in illo ut evacuetur corpus peccati aut unde ymago dei
non intrat in regnum dei nisi impedimento prohibenti peccati. Hec Aug. Patet ergo
intencio beati Augustini quod ex solo baptismo habetur salus et vita et regnum dei
quia fit novus homo nondum habens aliquid de vetustate peccati unde eum ymago
dei non intraret regnum dei nisi impedimento prohibente peccati que omnia dicit ad obtun-
dendum hereticos et omnia diverticula eius tollendum. Patet hoc etiam ex principio secundi
libri cum sic incipit De baptismo parvulorum Marcelline carissime quod non
solum eis ad regnum dei verum etiam ad salutem et ad vitam eternam adipiscendam
detur quam sine regno dei et sine Christi salvatoris societate in qua nos suo
sanguine redemit habere nullus potest priori libro satis ut arbitror disputavi. Hec ergo
patet quod epilogus totius primi libri et quod per baptisma datur non solum regnum dei sed
salus et vita eterna

Iam eundem beatum Aug. audiamus. In iii^o eiusdem operis libro dicit: Unde autem
apparuimus tot et tantis testimoniis divinorum eloquiorum dilucidissime apparet nec preter
Christi societate ad vitam salutem que eternam posse quemquam hominem pervenire nec di-
vino iudicio posse aliquem iniuste dampnari hoc est ab illa vita et salute
separari unde fit ut quoniam nichil agitur aliud cum parvuli baptisantur
nisi ut incorporentur ecclesie et Christi corpori membris que sociantur manifestum
sit eos ad dampnationem nisi hoc eis collatum fuerit pertinere. Et infra: Numquid etiam id
nisi manducaverint homines carnem eius hoc est participes fuerint corporis
eius non habebunt vitam. Hec Aug. Hiis addamus illam eius sententiam quam supra
posui: nulli est aliquatenus ambigendum tunc unumquemque fidelium corporis et
sanguinis domini fieri participem quando in baptismo membrum Christi efficitur nec alie-
nari ab illius panis calicisque consortio etiam si antequam panem illum come-
dat et calicem bibat de hoc seculo in unitate corporis Christi constitutus abscedat
est supra de con. di. iiii ca. dns. Et ibi ex sermone de infantibus di-
citur alias est cap. c. Et est contra istos pelagianos. Et magister sententiarum ponit
quod habetur de sacris fidelium. Et supra est ex dictis libris eadem sententia hiis colorat
Eusebius quia allegata illa auctoritate Nisi manducaveritis etc. statim subiungit
cum testimonium contra pelagianorum blasphemiam evidentissimum et validissimum est qui
asserere arrepta impietate presumunt non propter vitam sed propter regnum celorum
baptismum parvulis conferendum sub eius dei verbis quibus evidenter pronun-
ciat: Non habebitis vitam in vobis. Intelligendum est omnem carentem ba-
ptismum in anime creatura non solum gloria carere sed vita carere quod ille do-
ctor illud Nisi manducaveritis exponit de baptismo per illud concedimus

Aug.

Carnem cristi et bibimus sanguinem domini per illud incorporamur corpori
eius mistico et membris eius coniungimur Et hoc sufficiat pro responso ad hanc
et ad aliam optime premitti Dictum vero angeli ad cristoforum gramaticum et
sapientia ad hoc facimus quod illa verba cristi nisi manducaveritis etc applicantur ad hoc
venerabile et sacratissimum eukaristie sacramentum Et eum sit predicatori non declino quin de
in sermonibus admonicionibus et aliis similibus applicet illud tempore ad materiam sa
cramenti et non inconvenienter quia transfertur ad signum quod de re signata di
citur loquendi modus in sacrascriptura a dictis doctorum multotiens reperitur
Et repertum dictum illius solennis doctoris zacharie crizopolitani in libro qui
dicitur unus ex quatuor evangelis secundum formam textualem qui ita dicit super isto evangelio
nonnulli doctores aliqua de predictis verbis inducunt ad altaris sacramentum referunt sed in ro
tunda exposicione melius hec ille Deinde ponderandum est quod predicatori loquendi
genus quia aliter ponderantur verba in scientificis determinacionibus posita aliter
in admonicionibus et oratoriis loquendi genere et finaliter quod si ille fides docte anctis
per assuacionem seu transsumpcionem dicitur non credat ipsum illud dico sicut in illo
venis est panis vite qui esuriem tollit et sitim Et idem est manducare et bibere quod
lacius sunt deducturum sit et in ipso sacramentali quod quod per simbolicam racionem
dicitur non credat metas eius tamen simbolatur Nam illa manducacio est que
vere dat vitam sacramentalis vero revera non dat sed dei per graciam sacralem
adauget dicitur dare quod ergo ut predicatori per racionem simbolicam ad alterum dicatur
teneat et limites eius quam vero habeat hec vero sacramentalis etiam digne sum
scripta propterea quia auget dicitur dare Et iam super hoc multum heri dixi quod
sufficeret pro responsione generaliter ad omnia que pro proponentem ad hoc propositum allegantur
Et ideo non ad singula respondeo quia nimis tempus protraherem in longum
quia et multa dicta sunt que materiam questionis non astringunt Unde solum
ea recipiam que magis ad factum facere videbuntur Et aut videbuntur
domino proponenti quod aliquid de hiis que preterea faciam
Hoc non pretermittam quia bene speciali nota est dignum Cum enim dictus proponens
allegavisset dictum beati augustini super illo verbo evangelii unus militum lancea
latus eius aperuit ut illic quodammodo vite hostium panderetur unde sacra
menta manaverunt sine quibus ad vitam que vera vita est non intratur
Ille sanguis in remissionem peccatorum fusus est Aqua illa salutare tempora poculum
hic lavacrum prestet id est potum hec ille Subinfert proponens dicens quod sine duobus
sacris scilicet baptismo et sanguine cristi non intratur ad vitam eternam Audiat
dictus proponens quid habeat determinacio sancte matris ecclesie ut c. maiores
de baptismo ubi ita ad literam dicitur per sacramentum baptismi cristi sanguine re

ebriati culpa remittitur potatur poculum et ad regnum celorum etiam premittimur ianuam sanguinis cristifidelibus sinus misericordie reserabit. Unde glosa super hec verba Ihesu baptizato et orante apertum est celum. Nec ibi celum tunc cristo cepit aperiri sed hiis verbis ostenditur virtus baptismi quia nobis celi ianuam pandit. Solus ergo baptismus sine cristi sanguine sacramentali id est in sacramento calicis remittit culpam et dat ingressum ad regnum celorum. Neque est illa aqua baptismi sine cristi sanguine id est ex merito passionis cristi recipit efficaciam. Et hoc est quod dicit ille textus cristi sanguine cristi sanguine inebriati. Unde bene advertendum est et ex predictis cognoscendum quod textus canonum et doctores per methaforam sepe loquuntur quia neque aqua baptismi est inebriata cristi sanguine sicut iste textus canonis dicere videtur si gramaticaliter intelligatur sed dicitur inebriata sanguine cristi propter effectum quem suscipit ex sanguine cristi. Neque sanguis ille et aqua que ex latere cristi fluxerunt fuit realiter sacramentum baptismi et sacramentum calicis quia ille sanguis non fuit per consecracionem et baptismus non est aqua tantum sed aqua et verbum sicut textus innuit 1 q. 1 detrahe et est beati Augustini. Propterea non sine causa dixit beatus Augustinus in libro de doctrina cristiana sciant litterati modum omnibus locucionibus quos gramatici greco nomine tropos vocant auctores nostros usos fuisse et cetera. Unde ad propositum suadens et admonet et troporum cognitio propter scripturarum difficultatibus dissolvendis est necessaria. Vere quando invenitur quod non nisi sciamus advertere ipsas transsumptiones et methaforas locutiones in scripturis sacris et dictis sanctorum decipiemur frequenter. Aug.

Item Augustinum quod allegat quod in missa ecclesia percipiens sanguinem dicit amen. Qualem clamorem facit ecclesia in missa dum potatur sanguine cristi. Unde probat illud quod predixi quod in missa ecclesia potatur sanguine cristi per os sacerdotum pro ceteris ordinibus sacerdotum reddit amen.

Item Iohannes Cris[ostomus] in dialogo satis possum sufficienter generalis responso que est supra dicta. Sed forsan dicet proponens illud est de hiis que surgent et hoc forsan contingeret quia corruptus ipse non recepit illud dictum ex originali integro sed ab alio excepto quod a media clausula incipit primum et propterea illud quod Iohannes Cris[ostomus] dicit de ministerio altaris. Ecce habeo librum hic presentem videte ex integro in illo libro Iohannes Cris[ostomus] cum dominum vellent eum ad sacerdotium promovere affugerat et calumpniabatur ab aliquibus quod hoc faceret ex superbia contempnens sacerdotale ministerium ipse ad repellendum eorum calumpniam sacerdotale ministerium laudibus magnis extollit. Et inter cetera sic ad literam dicit: Neque aliud quod furor est contempnere illud ministerium sine quo nobis nec salus nec ea bona que nobis sunt promissa redderetur. Et ipse proponens inchoat ab illo verbo illud ministerium

et de misteriis facit mentionem misterium quia loquitur de sacro altaris Et
post predicta verba sequitur in textu Iohannis Crisostomi Nemo enim valebit ingredi
in regnum celorum nisi ex aqua renatus et spiritu Et qui non manducat
carnem domini et bibit sanguinem eius non habebit vitam eternam Que per nullum
alium quam sacrarum efficiuntur manus sacerdotis Neque vehementer utique ignem
vitare neque promissorum remuneratione potiri nisi per illorum talem officium etc
Que ego in prefacione mea supraposui Et quomodo ergo illi non solum re-
uerendi magis quam aut reges aut duces sed etiam magis erunt honorandi quam
parentes et cetera multa bene vident doctores per .v. in quo genere loquendi
utitur auctor iste et oportet enim sane intelligere Vt illud quod dicit At non
valemus vehementer vitare nisi per sacerdotum officium quod et per baptisma a laico
datum vehemenciam vitare etc oportet intelligatur sane Et iuxta dictum beati hilarii
ex causa dicendi non erat propositum Iohannis Crisostomi tunc per scrutari proprios sensus scri-
pture sed ut euitaret calumpniam sibi impositam ad tollere sacerdotale misterium
etiam parabolica verba et ad propositum suum verba scripture congrue applicare
et addidit illas duas auctoritates sicut in ewangelio sunt sed non dubito quod si quis
interrogasset Iohannem Crisostomum putatis tu illa duo sacra equaliter iniciari ipse
respondere quod omnes doctores irrefragabiliter tenent scilicet quod non Et diceret etiam cum
beato Augustino nulli est aliquatenus ambigendum tunc communicem corporis et san-
guinis domini fieri participem quando in baptismate membrum corporis christi efficitur etc
ut supra est allegatum Et ideo ista duo per manus sacerdotis accipit quando per sacerdotem
baptisatur et membrum fit illius beati capitis eius quod membrum incorporatur
et sic ipse in cristo manet et ipsum habet in se manentem sicut ipse Iohannes Crisostomus
dicit in sermone quodam ad nouiter baptisatos

Dictum eiusdem Iohannis Crisostomi Quod statim subsequitur est bona pia
exhortacio ad visitandum et adorandum cristum in qua ornatissime loquitur
more suo floribus rethoricis carmen suum ornando · et non videtur michi ad pro-
positum porrigere preterquam quod placuit proponere illam pulcram exhortacionem et michi · De
audite vide de statim sequenti ne forte quia dixi quod ad dictum Ieronimi res-
pondeam suo loco redarguar de violacione promissi ipsum volui preterire licet
quantum ad materiam de precepto parum faciat nisi quia inducit auctores ex Ewangelio
nisi granum frumenti Et ego sum vitis Et nisi biberitis sic ipsa auctoritas cum
aliis in eodem sensu nam quod ille textus nisi manducaveritis applicetur ad illam
institucionem supra communi et cetera Dico quod eo modo quo sua exposicio
quando vita est vitis manendo in ipso quando dixit Si quis in me non manserit
mittetur foras sicut palmes et arescit Subsequens dictum Ieronimi

In apologetico non tetigissem nisi quia ipse proponens facit ex eo illacionem
referens illud verbum Jeronimi quod dixit nobis tradi est non semper
quisque possit aut velit ad illud proderit aut scriptum homo quod salva gratia
non est ita sed ad aliud quod dicit iubet apostolus ut semper oremus ex quo
et ex illo dicto apostoli nolite fraudare invicem nisi forte ex consensu ad
tempus ut vacetis oracioni ipse Jeronimus inducat illud dictum quale bonum est
quod oracionem prohibet quod corporis Christi accipere non permittit Et ex hoc dicebat timuerunt contra
me multi etc. Et de isto est totus sermo ibi Et dicit iubet apostolus in alio loco — apostolus
ut semper oremus Si semper orandum est numquam est coniugio serviendum Et in
isto est advertendum quoniam dicta doctorum sunt sane intelligenda et non ad literam
stricte ut loqui videntur Nam ex istis verbis Jeronimi videtur quod nullus
debet coniugio serviendum quod dicere non esset verum nec ipse Jeronimus introgatus
hoc vellet sed Quia licitum est coniugatis debite operam dare coniugio verum apostolus
Paulus nolite fraudare invicem nisi ex consensu ut vacetis oracioni dixit
tempus est sed inde quod dicit quod Paulus iubet semper orare etiam
oportet intelligere sane ex quo patet quod verba doctorum ad inductiones et exhortaciones
hominibus ordinata ut habeant bonum intellectum etc. et beatus Gregorius in registro
prout ipse etiam proponens alibi allegavit dicit Si quis sua coniuge non
cupidine voluptatis sed sola procreandorum liberorum gratia utitur iste profecto sive
de ingressu ecclesie sive de sumendo corporis sanguinis Christi misterio suo est iudicio
relinquendus qui in igne positus nescit ardere etc. que habentur in decreto
xxxiii q. iiii vir cum propria Ipse vero proponens allegat de con di ii et ibi non est
Secundum vero quod statim allegatur Jeronimi etc. tetigissem nisi quia videtur
ipsum a proponente ponderari per hoc quod dicit cum ex eo quod cursus per ecclesias
constat unde eiusdem disciplina sanxit in posterum ut per aliquos annos sumatur
potius a ieiunis sumi et verbum debet non semper facit necessitatem de hoc allegatur
communiter textus ... di oportet et in glossa ... et in c. tua de sponsa in prima ...
dictum textum omnino debet et importat necessitatem
Hec est materia tacita iuristis que tractatur communiter in c. i. de postulatione ... et
in c. cum ab omni de vita et honestate clericorum Et alibi hic ..., quando debet non oportet importat
necessitatem vel non quo subiecta materia et aliis circumstantiis unde intelligendum est
vero attendendum est ut non semper ubi reperiuntur talia verba intelligantur necessitatem
importare Sed ad textum allegatum ex se patet verbum cum dicit potius a ieiunis
sumi oportet quia ad hoc refertur illud oportet quod a ieiunis sumatur et in
hoc importat necessitatem scilicet excludentem contrarium ut non sumatur a non
ieiunis licet tamen verum nisi infirmitas compararet

Capitulum quoddam dictum Eusebii quod etiam videtur virgo sed non sic videtur
ex integro ad locum illum per ipsum proponentem allegatum premisit signans de
melchisedech dicens cum oblatione panis et vini hoc sacrificium cristi prefiguravit
deinde ait iam et moyses de eo mistice loquens vinum et sanguinem sub una
appellatione significat in benedictione patriarche dominicam passionem insinuans
plenius declarat dicens lavabit in vino stolam suam et in sanguine
uve stolam pallium suum Et adiunxit quod evidenter constat vini creaturam cristi san
guinem interpretandam et que ad hoc de hac duplici specie inquirere debes ipso
domino attestante cognosce nisi manducaveritis carnem filii hominis
et biberitis sanguinem eius non habebitis vitam in vobis quod testimonium contra
pelagii blasphemias evidentissimum est qui asserere ausus impietate presumit
non propter vitam sed propter regnum celorum baptisma parvulis conferendum Super hiis eciam
dei verbis quibus evidenter pronunciat non habebitis vitam in vobis intel
ligendum est omnem animam immunem baptismi gracia non solum gloria carere sed vita hic
ibi Et post statim loquitur de aqua ponenda in calice vivis prius bene con
sideratis quo loquendi genere utitur doctor iste et quomodo dicat evidenter constat quod
vini creaturam xpi sanguinem interpretandam et illo lavabit in vino stolam suam etc.
Bene est opus quod habeat quod dicat pro intellectore Et postea ad confir
mandum hoc de veritate sacramenti quo sub duplici specie scilicet panis et vini vero
cristo gignitur et sanguinis inducit illam auctoritatem nisi manducaveritis etc. Et statim
dicit unica hec evidentissimum et validissimum argumentum contra heresim pelagianorum
et illam auctoritatem nisi manducaveritis reducit ad baptismatis sacramentum dum dicit sub
hiis eciam verbis dei quibus evidenter pronunciat non habebitis vitam in vobis
intelligendum est omnem animam immunem baptismi gracia non solum gloria
carere sed vita ut supra quod facit pro declaracione dicti illius sancti augustini contra
pelagianos de quo supra dictum est Et hic volo advertere quod in eodem sermone
pascali dicit panem angelorum manducavit homo Et quod panis angelorum est in mi
nisterio qui cibo sine vitiatis et lumine sine claritatis non sanat hunc panem di
centis propheta vi die duplum colligere sabbato autem non colligere dum a primo et dicitur
die in lege dicitur et in solo sabbato denegatur Nam tunc est ab eciam eius diuinam
diem resurrectionis conservant recipiendo ostenditur et synagoge ad quam intellectus
sabbati pertinebat negandus esse scribitur dum dicit iste quod dicit est septima celeste
panis frumento inmulceatur de quo pane vere enarrat historia neque qui plus
colligerat habebat amplius neque qui minus paraverat reperit minus. pretranssiendo
dictum capitulum de illa epistola xxxvii quia iam supra visum est et de illo supra pri
mum ut habeat visum quod dictum est iam supra etc.

Item ad dicta Leonis pape que prima facie videntur urgere Sed
sciendum est quod Leo papa loquebatur ibi contra manicheos qui nega
bant cristum celebrare nolebant sed illo die ieiunabant et ideo dicit Leo quod ne
mo ambiget mortuos resurrexisse et per quos diem dominicum celebrare no
lebant sed illo die ieiunabant et ideo dicit Leo quos nemo ambiget esse mani
cheos qui in honorem solis et lune die dominica et secunda feria deprehensi sunt
ieiunare quibus enim perversitatis sue opere huius propheciam sunt quod ieiunium suum ad
siderum cultum et ad resurrectionis cristi instituere contemptum De istis dicit Leo
quod simulantes se catholicos immiscebant se inter alios sed quia continuandum erat a ca
rne abstinebant quia non credebant cristum resurrexisse Ad detegendum ergo
istorum dissimulationem et latentem heresim manicheorum instituit alios huius
Leo quod ex huiusmodi indiciis poterunt deprehendi et ubi deprehensi fuerint a sanctorum
societate depellantur hoc in loco isto et alias dicendi occurrit ut habetur in de
cretis xxxviii di ubi primo sunt verba beati ysidori Sciendum est quod plura capitula
pro causa ex persona ex loco pro tempore consideranda sunt quorum modi quia que
diligenter non indagantur in erroris laborinthum nonnulli imitatores impingunt
cum aut iudicant quod intelligant aut inculpant quod iterando verba proclamarit o verba
memorie digna et aureis litteris scribenda Posthec sunt ibidem verba beati Gregorii — Gregor
regule sanctorum prius pro tempore loco pro persona pro negocio instante necessitate
tradite sunt Deinde beati Ieronimi quare est ut inter diversitates locorum et temporum — Ieron
et hominum quibus scripture facte sunt diversas causas et argumenta et origines
habebant ad propositum hoc declaratur in sequenti di ubi per multa probatur
circa propter manicheorum multa specialia statuta et prohibitiones illo tempore facte
fuerunt etc

Item ad dicta Damasceni et videtur stare vis in hoc quod dixit omnipo
tentis huius precepto donec veniat et est simile in antiquitate paschali
statim sequenti Et ad utrumque est eadem responsio Quia si bene considerantur verba
Dic. omnipotentia precepti transfertur ad transsubstantiationem in qua omnipotens deus
sacerdotem panis et vini in corpus suum et sanguinem transsubstantiando committit Et ad
paschalia bene videtur ex verbis antecedentibus sequentibus quod sic enim ait Et
si velis audire quid est hoc est enim corpus meum quod pro vobis tradetur
Et inde veniunt verba preponente allegata Crede o fili quia ita est ipse
dixit et statim dubitare non potes mandavit et creatum est preceptum ergo
posuit hoc facite in meam commemorationem videant ergo p. r. quod ista dicta sunt
ad probandum virtutem transsubstantiationis que fit ex potentia virtute Et si ad celebra
tionem misterii referantur quod iungit in ecclesia celebratur cum administratione sacra
ad plenum non loquitur et illi et multis aliis evidens responsio Vere de istis

originalibus doctorum et plurimum ita est ut per excepciones et partes aliqui intellectum satis videntur quam legendo integram Ergo legi paschalium integrum et vero tamen legi ex integro magis me roboratum in animo repperi propter hanc consuetudinem comitandi perplurima sub una tamen specie dictum eiusdem paschali quod statim inducet hic ad memoriam quod predixi de regulis Ticonii quia uno contextu transit ad diversas species in capiens similitudinem in cibo et potu Et tamen transiens ad spiritualem intellectum quod caute pensandum est in eo quod dicit Ideo simul bibitum in calice redduntur quia de uno calice passio debet domino nobis ad vitam eternam manarunt Si volumus intelligere de speciebus sacralibus certum est quod ambo non redduntur in calice Sed advertendum est illud quod propons statim subiungit Ex eodem Paschalio Quotquot in christo baptizantur cristum videntur induunt et panem angelorum induunt Ecce quod idem

pastalis paschalis confitetur et dicit hunc panem angelorum in baptismo a fidelibus comedi concordans cum beato augustino qui dixit tunc unumquemque fidelium corporis sanguinis que domini fieri participem quando in baptismo membrum cristi efficitur ut est supra allegatum Sed audiamus iterum eundem paschalium in Rethorica vero plus eo quia magis aut quam minus accipit et dicit non est omnibus quantitas visibilis extimanda in misteriis Sed virtus sacri spiritualis sicut nec quantitas hominis extimanda est in corpore sed virtus in ea et dignitas consideranda Nam plus retulit illa mulier in Evangelio que fimbriam eius vestimenti tetigit quam turba que totum corpus pressit quia plus eam mente et fide concepit Ideo cogitanda est a nobis huius quantitas misterii non quantum dente premitur sed quantum fide capitur et dilectione Nam enim recte caro cristi sine divinitate capitur nec divinitas sine carne adducta parabola evangelii de thesauro abscondito in agro et quod ager est humanitas thesaurus vero in agro absconditus est divinitas ita concludit Et ideo fili dum hoc misterium comitas dilata sinum mentis tue erinda conscientiam et percipe non qualem micam exhibes sed quantum fides capit hec ille Ita ergo fidelis homo micam ore capiens dilatato sinu mentis percipe se credit cristum totum in quo archa singula et amica et plenitudo divinitatis aqua est omnis virtus quam qui digne suscipit vitam eternam Sed ipso domino dicente Qui manducat me ipse vivit propter me ad thyrenem de con. di. ii Cristus panis est de quo qui manducaverit vivet in eternum De quo ipse dicit panis quem ego dabo caro mea est pro mundi vita

Allegantur posthec duo dicta beati Bernardi de primo quod incipit Benignissime ihesu nobile satis sponse non dicam statim

Bern. sed capio primo secundum quia breviter expedietur in quo beatus Bernardus

Dicit quod angelus ex Adipe frumenti saginatur et omnino grano saturatur
nos oportet interim quodam sacramenti cortice esse contentum tamquam furfure palea lit-
tere velamine etc. Et ponderet exponens verbum oportet de quo iam supra per me
dictum est. Sed consideranti dictum Bernardi plane liquet quid velit dicere sed
dicit nos oportet sacramenti cortice esse contentum maxime ex eo quod predixit de an-
gelo et ceteris que sequuntur. Quid aliud vult dicere beatus Bernardus
nisi quod soli nec cuiquam in hac vita degenti non datur revelata facie deum
videre. Et ideo contentum oportet esse bonis que a deo dantur nobis sub velamine
sacramenti deum adorandum et sub palea littere intelligendum sed et hoc spiritu intrinse-
cus vivificante. Contentari enim oportet eum qui plus habere non potest. Nunc veniatur
ad dictum primum in quo ita dicit beatus Bernardus Benignissime Ihesu nobile
satis sponse tue dotalicium indulsisti ut velut haberet columba tua
dulcissimum memoriale dilecti sui. Cristus enim pridie quam pateretur discipulis
suis hanc sacri formam scripsit efficaciam exhibuit idem fieri precepit hec
Bernardus. Quid habemus ex hoc dicto Bernardi nisi quod illud dignissimum
sacramentum est nobile dotalicium sponse sue scilicet ecclesie et memoriale dulcissimum
dilecti sui. Et quod cristus formam sacramenti hanc discipulis scripsit efficaciam
exhibuit et ipsum sacramentum fieri precepit in hoc omnes concordamus. Et sic veri-
ficatum est quod ecclesia que est sponsa cristi et columba dilecta sicut in epitalogo hoc
est in cantico canticorum sponsus cristus per os Salomonis spiritu sancto eius lin-
guam movente de sponsa sua ecclesia loquitur una est columba mea perfecta mea
una de hiis que in multis fidelibus unitis ecclesia adunatis unum beatus Ciprianus
et habetur extra quam loquitur commemoratis dictis verbis Salomonis et etiam apostoli
unum corpus et unus spiritus una spes vocationis vestre unus dominus una fi-
des unum baptisma paulopost ita subiungit Et etiam una est que se in multitudine
latius incremento fecunditatis ostenditur. Et vere hanc sponse quam cristus
ita dilexit ut seipsum pro ea ad mortem traderet dotalicium nobilissimum est ipsum
dignissimum eukaristie sacramentum et cetera sacramenta nec non salubris sana et cristiana doctrina
et commissus thesaurus pretiosissimi sanguinis cristi et meriti passionis ipsius
gloriosissimi sponsi eius domini nostri Ihesu cristi. Hec omnia cum virtute et potestate
ipsa ecclesia possidet sub ipsius administratione consistunt ut inde filios spirituales
cristo sponso suo parturiat alat medicetur quod contingit infirmari dirigat protegat
instruat confortat et subveniet in necessitatibus eorundem. Ipsius ergo gloriose
sponse cristi cuius verum matrimonium predictorum administratio commissa est pro filiorum
salute ipsa sicut a sponso suo per spiritum sanctum regitur pro varia conditione perso-
narum temporum et locorum et aliis circumstantiis predictorum dispensacionem dis-
ponit et ordinat infallibiliter et sine errore quia ab eo dirigitur qui nulla hab-

diversitate videtur Suscipiam ergo simplices filii de manu matris alimenta
et medicamenta salutis prout ab ea que nonnisi deo dirigente in istis agit
nobis sunt ministrata et sic simus nos matri humiles et obedientes filii ut mere
amur patris gratiam obtinere et ad eius gloriam pervenire quam nobis concedere
dignetur ipsius dulcissimus sponse ecclesie dominus noster ihesus cristus qui cum patre
et spiritu sancto vivit et regnat deus in secula seculorum amen
Ffinem hodie huic responsioni facturus ad ea que super puncto de precepto
allegata sunt per hos venerandos magistros auxilium omnis gratie et an
xilium eius imploro qui alpha et o principium videlicet et finis in nate
per suam ineffabilem pietatem dignetur et sermones meos ad enucleandam
veritatem dirige et istis rebus optimum finem dare ut de modo suscipiendi
hoc sacratissimum sacramentum omni altricatione semota pax concordia et caritas
que per ipsum significantur sunt et stabiliter proveniant in commisso populo cri
stiano Continuando ergo responsa ad allegata procedo ad ea que in ipsis
sunt inferius scripta
Allegatur per dominum proponentem quoddam dictum Remigii quod ipse
met dicit valde in longum protraxit Et quia difficulter potest eum ad
suum propositum applicare nititur enim trahere per quasdam suppositiones quas
opus est examinare primo ut ipsis examinatis cognoscitur applicacionis effectus
Primo supponit quod manducatio sacramentalis est
manducatio spiritualis et divina Et allegat ad hoc dictum sancti Tho
me parte tercia q. lxxx. ar. i. et ii. ubi tractatur an debeant distingui duo
modi manducandi corpus cristi scilicet spiritualiter et sacramentaliter In secundo
vero articulo tractat utrum solius hominis sit sumere hoc sacramentum spiritualiter
Et dicit in corpore quod dupliciter contingit manducare spiritualiter uno modo
in propria specie et hoc modo angeli manducant in quantum ei uniuntur
fruicione caritatis perfecte et visione manifesta quem panem expectamus
in patria uno vero per fidem sicut ei unimur Alio modo spiritualiter manducare
cristum prout est sub speciebus huius sacramenti scilicet cum aliquis credit in cristum
cum desiderio sumendi hoc sacramentum Et hoc non solum est manducare
cristum spiritualiter sed etiam spiritualiter manducare hoc sacramentum quod non com
petit angelis Et ideo angeli et si spiritualiter manducent cristum non quet
tamen eis spiritualiter manducare hoc sacramentum hec Thomas
Ex istis verbis patet quod aliud est manducare cristum spiritualiter quod faciunt
angeli perfecte quia ei uniuntur perfecte nos autem sicut manducamus ei
unimur per fidem et in patria per gloriam aliud est spiritualiter manducare
hoc sacramentum Et quia ex predicta suppositione dictus proponens vult deducere

Angeli

quod quidam doctores dicunt spiritualem alimoniam et misticum epulum intelligatur de sa-
cramento altaris. Subinfert quod dicta Remigii que dicit de mistico corpore et
spirituali alimento intelliguntur de ipso sacramento. Et deinde quod illud sacramentum
comparat comparatione ex multis granis et racemis. Et in hoc vero sibi dicit dictus
proponens. Quoniam corpus Cristi misticum est res significata sed non contenta sub
sacramento sicut magister Sententiarum dicit in iiii^a di. ix. Et sunt verba Augustini
super Johannem et de hoc in c. cum Marthe de celebratione missarum et quando loquitur
de corpore mistico semper de fidelium congregatione intelligimus loqui de isto dicit
apostolus unum corpus multi sumus. Et istud comparatur multis granis et ra-
cemis ex quibus confluit unum vinum et unus panis et ita ex multis fidelibus
unum corpus misticum quod est ecclesia. Sed quia dictus proponens non potest ample-
cti verba Remigii laborat per huiusmodi applicationem trahere ad se. Sed tamen Remigius
expresse loquitur contra eum. Nam dicit panis ex multis granis conficitur
et vinum ex multis acinis confluit sed et unitas ecclesie que et corpus Cristi
ex multis fidelibus personis constat. Ecce quod dicit ex multis personis corpus
Cristi constare quod comparat pane et vino ut supra. Et statim subiungit idem Re-
migius post predicta verba immediate. Nam ut subsequenter exponit quomodo illud
fiat et quid sit carnem eius manducare et sanguinem bibere. Qui manducat, inquid,
carnem meam et sanguinem meum bibit in me manet et ego in eo. Hoc perfecte est
manducare sicut cibum et sicut potum bibere manere in Cristo et Cristum habere in se
mansionem. Sed quia in aliis eiusdem partibus corpus Cristi notat sacramentum. Et
alia verba dicit que de illo sacramento dici videntur laborat dictus proponens
cristi effusi non dicetur bibere sanguinem ipsius qui sub specie panis sumit realiter
sanguinem eius Ideo origenes dicit omelia XVI super numerum bibere autem dicimus san
guinem cristi non solum sacramentorum ritu sed etiam sermones eius recipimus
iam in ipsa vita audimus et beatum leonem item in quadam habetur de con. di. ii.
In quibus ubi dicit ista iuxta distribucionem spiritualis alimonie hoc recip
itur hoc sumitur vt accipientes celestis cibi virtutem et carnem ipsius caro nostra
est transferatur Idem cibus refectionis et sanguinis Sicut enim caro domini
vere est cibus ita cibus vere est potus Idem et corpus de quo dicitur et
caro mea vere est cibus et sanguis meus vere est potus Cardinalis in rosario

super verbo cibus sanguinis ita dicit fiat vinum in verbo quia quod hic appel
lat cibum infra dicit et nominabit potum ex quo colligitur quod sub nomine
cibi continetur potus nomenque diligenter hanc auctoritatem legimus idem cibus re
fectionis est cibus sanguinis et infra idem corpus est de quo dictum tantum
quod est cibus et sanguinis meus vere est potus sic patet quod in corpore est cibus
et potus et idem est cibus refectionis et cibus sanguinis et sic cibus et potus et
hoc est quod notat Ardiz cum dicit fiat vinum in verbo etc. et glossa super Jo
qui cum venit ad me non esuriet dicit quod idem est non esurire et non sitire
et idem est cibus et potus de quo etiam aliqua superius dicta sunt que ad memo
riam revocentur

Item ut premisit doctor antiquus propositus quem sanctus Thomas et alii
doctores allegant iste in questionibus de sacris dicit sub hac specie panis
corpus est et sanguis et sub hac specie vini simul sanguis vel ergo comedis
vel bibis sanguinem sed non dicendum quod comedis ergo bibis solutio sub
hac specie comedo et bibo cum ergo dicimus quicquid cum istos doctores est condicta
dico quod non sane et recte intelligendo si deducuntur ~~in [illegible]~~ ad concordiam per
ea que dicit dominus Petrus de Tarantasio super iiii sententiarum di. xi. dicit
quod hec hostia est cibus et potus secundum rem signatam licet non secundum speciem signi
tem et sub specie panis corpus manducatur et sanguis bibitur in re licet non
in signo expresso declarari posset hoc usuali exemplo si aliquis famulus
alicuius vini copiam absorbet vinum venenum vinum et postea dominus quereret de vi
no diceret aliquis ille bibit alius non bibit utrumque salvatur intentio ille
qui dicit non bibit intelligit in propria forma potus alius intelligit quod
bibit in re quia vinum absorpsit et eius efficaciam plenam suscepit sic in
proposito ille qui recipit hostiam non bibit in signo sed in re vere bibit san
guinem Christi cum omni effectu utilitate et virtute porro cum dictus modus
concedat quod sanguis Christi sumitur sub specie panis et hoc omnes doctores indistincte
credunt non est mirandum de propria significatione verbi bibere unde contra
marcus non dicit bibite ex eo omnes sed dicit sumite unde patet quod iste bibe
et sumere non est dicendum non enim in ore [illegible] verba hec [illegible] revocat
in mentem illud beati Gregorii et habetur de con. di. ii. c. propria. Sepe enim dum vere
proprietas [illegible] sensus veritatis amittitur

paulus etiam dicit ministros nos fecit novi testamenti non littera sed spiritu ~~litte~~
~~ra sed spiritu~~ littera enim occidit spiritus vivificat et mortalis [illegible] Seneca gar
rulos homines verbi controversia torquet / et alibi / providendum est ne
verba nos verba nos decipiant cum enim vinum [illegible] dissanguinis [illegible]
fallit [illegible] discerne [illegible] realiter sanguinis esse sub specie panis sicut
cum enim de propria ratione huius verbi bibitur [illegible] ergo realiter rem
et de signo panis est [illegible] recipiam ego in taberna vinum et quid ad,

me si non habeat signum

Sed contra hec instant dicendo Et si communicetur sub qualibet specie sit totus Christus tamen quia per hoc sequitur quod habeat eundem effectum sub vina sicut sub altera cum deus sua dona communicat per diversa sacramenta tanquam per diversa instrumenta Et ideo sub specie panis se dat per modum cibi sub specie vini per modum potus Et ideo quamvis hec per modum cibi et quia potus quia hec plenam perfectionem spiritualem facit perfectum et integrum sacramentum Et sic sonat textus Canonis comperimus . de con. di. ij Ad hec omnia primo ad illud comperimus certum est quod loquitur de sacerdotibus Nam eum sic dicit Corpus Christi sine eius sanguine quod hec sacerdos accipere Et huius potest causa assignari quia sacerdotum est perficere sacramentum in persona Christi et omnis causa fiendi debet esse completa ut habeat plenam rationem et sacrificii et sacramenti Applicandum quia suscipitur non tantum sacrificium sed solum non tantum sacramentum et quo ad habendam efficaciam et virtutem ipsius quam perfecte habet sub specie panis tamen Et per huius declaracionem distinguit etiam in hoc sacramento duo sunt scilicet efficacia et significantia Tunc quantum ad significacionem et sic ambe sunt de integritate sacramenti Duplex enim est quantum ad efficaciam et sic quia utraque species est de integritate sacramenti quia in qualibet specie habet totam efficaciam sacramenti Tunc quantum ad significacionem et sic ambe sunt de integritate sacramenti quia ambe requiruntur ad perfectionem ... Et subiungit et ideo fideles perfectum sacramentum recipiunt in altera specie tantum quia ad efficaciam recipiunt Sed quantum ad significanciam sufficit quod eciam fiant in corum presencia Unde et quod ipsi recipiunt propter periculum effusionis et propter errores quia quidam credunt simpliciter in altera specie tantum Christum recipi hec predictus doctor devotissimus

Ex quibus patet declaracio predictorum et quod fideles sub specie vina integre et perfectum recipiunt sacramentum . Et cum dicitur quod sub specie panis se dat per modum cibi et sub specie vini per modum potus Dico tamen verba sancti Thome superius allegata quod sacramenta comparantur secundum similitudinem per quam significant Ideo per quandam assimilacionem dicitur quod in hoc sacramento corpus offertur pro salute corporis sanguis pro anima quamvis utrumque ad salutem utriusque operetur Sic quia prima species est specie cibi secunda potus dicitur quod Christus sub prima se confert per modum cibi sub secunda per modum potus Tamen effectus quia est unus semper Et etiam ex vina causa similitudinis ad effectum sacramenti scilicet conversionis in corpus Christi nam sicut alimentum corporale convertitur et in alitum sic econverso ipsum sacramentum quod est spiritualis alimonia convertendo hominem in Christum unit et incorporat eum Christo Illa quidem incorporacione que habetur per hoc sacramentum et ad hec perfecta quidem similitudine requiritur in specie panis et ex illa qua fit racione sacramenti scilicet unitatem fidelium Unde sanctus Thomas super iiij. di. viij ar ij. q. ij in secunda probacione parte videtur quod tamen i. unitas corporis mistici ita fit sicut et significatur id quod est res et sacramentum hoc bene patet per illud beati Augustini quod sacramentum hoc conficitur ex granis que ex pluribus ad unum aliud redigitur sicut ex multis granis fit unus panis

[I]ta quod omnibus fidelibus sit unum corpus misticum
Et illud vero quod obicitur quod deus omnipotens sub diversis sacramentis diversimode
se communicat et diversas gratias confert quia per diversa misteria diversimode operatur
unus idem artifex dico breviter quod hic non sunt duo sacramenta sed unum tantum
Preterea est advertendum quod in quolibet alio sacramento est quedam virtus participata a
christo ad efficiendum sacramentalem effectum sed sub isto alio sacramento christus realiter
et principaliter continetur unde in IIIa .q. dicitur in istis alia quecumque quorum
medicinam agimus spiritum invicem quod complectimur sed in isto propter hoc realiter corpus christi percipiam
obtinemus In hac vero spirituali commendatione christi ipse christus pro substantia
quedam forma interna vero substantia est mobilissima Est ergo in sacramento christus verus
deus et homo sub forma speciei plenus omni gratia et fons omnium gratiarum Et iterum sub
secunda est idem christus nec plus sub utraque nec minus sub altera tantum sumitur prout
magister sententiarum expresse dicit in textu ut patet clarissime per omnia supradicta
[P]ropter hoc autem quod dixi quod ambe species non sunt duo sacramenta sed unum tantum
quod tamen de se manifestum quam alias non essent septem tantum sacramenta sed octo
sed et propter amplius declarandum hic volo ponere quoddam dictum alberti magni
in summa de corpore christi parte ubi tractat de forma et postquam dixerat
est quod de forma que dicitur super unum ubi sic dicit Ad quod autem obicitur quod
due institutiones erant de duabus materiis diversis et duabus formis diversis
et duabus gratiis substantialiter diversum effectum quam hic non sunt subiungit
una etiam gratia in utraque effecta et ideo due non sunt plures hiis concordat sanctus
Thomas super IIII di. VIII ar. primo q. II ubi dicit omnia que in eukaristia sunt pertinent
ad idem representandum scilicet mortem domini et ad idem efficiendum scilicet gratiam
per quam homo incorporatur corpori mistico Item di. IX ubi tractat de effectu
huius sacramenti ar. primo in sol. ad primum ... dicit quod proprius effectus huius sacramenti
est conversio hominis in christum ut dicit ... apud augustinum non ego ... sicut ego ...
vit in me ego christus hiis concordat dominus albertus super IIII sententiarum di. VIII
ubi tractat An eukaristia sit sacramentum et postquam dixerat quod forme visibiles non
sunt proprie sacramentum sed solum in ratione signi quia non causant gratiam sed corpus
christi verum sit sacramentum et eius effectus est unitas corporis mistici non quod sit
per spiritualem unitatem et effectum solutum compungentium et continentium coniectum sicut
... applicus ad ephesios in ... procedit ... sed alia unitas ergo gratia
spiritualis scilicet quod per sacramentum convertit ad se et unitur Et in hoc quod unit
quelibet sibi unit omnes admonere quia quecumque uniuntur uni et inter se
uniuntur et hec enim unio est effectus corporis christi vero et percipitur ...
sicut effectus sua causa
[C]um ergo pateat ex dictis alberti premissis liquide constat quod sub duabus
speciebus non sunt due gratie substantialiter et diversum effectum quid est quod ex dictis

eiusdem Alberti in intentum intenditur separatam esse gratiam sacramentalem que suscipitur sub secunda specie ab ea que sub prima. Numquid ille Albertus est sibi ipsi contrarius cum in uno loco negat esse duas gratias specialiter divisim effectas et in alio attribuat gratiam nutritionis prime speciei et gratiam redemptionis secunde et dicat illas essentialiter esse distinctas. Sed certe non est sibi ipsi contrarius si sane intelligatur et bene videamus quod dicat Albertus. Ita dicat anima enim Christi totius cum anima et sanguine et deitate habetur sub specie illius ubi non est panis videri potest aliam quod non operationis habeat potius sub specie vini. Sic enim dicitur de natura quod non habundat superfluis nec deficit in necessariis. Cum ordinatione sit gratia que natura/naturalis debet esse superfluum. Cum ergo totus Christus cum sanguine suo totus habeatur sacramentaliter sub specie panis, videtur quod totum superfluit illud quod additur de specie vini. Sed ad hoc dicimus quod Christus postquam exhibuit corpus suum sub specie panis tunc etiam postea exhibuit sanguinem sub specie vini et utrumque sacramentum celebrandum esse precepit. Et etiam per statuta apostolica. Et ideo ecclesia instructa actione Christi utrumque celebrat divisim conficiendo sanguinem in specie vini. Hec Albertus.

Ex quibus duo sunt notanda. Primo quod loquitur de celebratione misterii in quo intentio sapientie et expressio significationis habenda est. Secundum quod dicit quod utrumque caro et sanguis sacramentaliter habentur sub specie panis. Et preterea facit Albertus comparationem de corporali nutrimento et dicit quod Christus corpus dedit in nutritione sui et membrorum, sanguinem autem dedit in redemptionem. Iste autem sunt diverse operationes diverse, ergo essentialiter sunt gratia nutritionis in specie panis et gratia redemptionis in specie vini. Omnia ista dicta Alberti loquuntur ut predixi de celebratione misterii et de significatione non diversa effectione, prout est superius latius declaratum. Sed adhuc pro aptiori declaratione non occurrit aliqua dicere, licet que dicta sunt videtur hec materia plana et lucida relinquitur.

Primum quid sit de istis attributionibus et appropriationibus.

Que per doctores primo et per scripturam sacram sub diversis respectibus diversimode fiunt causa applicandi magis excitandi devotionem aut aliis respectibus. Quod non est ex hoc sumendum argumentum ad hoc quod divisim et separatim efficiatur. Nam eidem videtur attributum diversis et diversa eidem diversis respectibus. Ex glossa super illo Iohannis: latus eius aperuit, dicit: vox illic quodam modo vite hostium panderetur unde sacramenta ecclesie manaverunt sine quibus ad vitam non intratur. Ille sanguis fusus est in remissionem peccatorum; aqua lavacrum prestat et potum. Ecce hic in c. tu materie de celo missi: de latere Christi duo supreme sacra fluxerunt, redemptionis in sanguine et regenerationis in aqua. Numquid ergo volumus dicere quod qui recipit sacramentum aque et non recipit sacramentum sanguinis, id est baptismi et calicis, habet gratiam regenerationis

sed non redempcionis. Erit ergo regeneratus et non redemptus. Et quia regeneratus
ex aqua et spiritu erit filius dei et pertinebit ad regnum dei et tamen adhuc
erit captivus dyaboli quia non redemptus. Quod tamen inconveniens quod tamen
erroneum asserere posse multa ex dictis beati Augustini contra Pellagianos
sed non est opus in re tam notoria occupare membranas et patent aperte
in 4° maiores de baptismo. Si ergo de gracijs attributis ut dicitur commissis
sacramentis quia dicit duo sacramenta verum est dicere quod per baptismum ambe habentur
quanto magis de diversis speciebus eiusdem sacramenti. Unde licet per aliquos
doctores sacro corporis approprietur gracia communionis et sacramento sanguinis appro-
prietur gracia redempcionis tamen sub prima specie omnis gracia realiter habetur quia
ibi caro Christi et sanguis realiter continentur. Aliquis arguat ex hoc sit Christus sub
sumpsit plurimas speciem non secundam ergo habet graciam incorporacionis et non redempcionis
habet per graciam incorporacionis est incorporatus et unitus illa scilicet racione
qua Albertus ut supra est dictum. Ergo habet et graciam redempcionis alias ita esset
unitus et incorporatus Christo et per ipsum et in ipso omnibus meritis eius et non esset
particeps gracie redempcionis quod hic intelligere aut credere potest. Maxime tamen gracia
redempcionis redundat in nos per graciam incorporacionis quod communicat meritis
meritum capitis prout supra dictum est ex sententia sancti Thome
Preterea precium nostre redempcionis aliquando attribuitur anime Christi sicut scribitur Matthei
20 et Marci 10. Dare animam suam in redempcionem pro multis. Aliquando sanguini ad
Ephesios primo: habemus redempcionem per sanguinem. Et prima Petri primo: redempti estis
de vana conversacione vestra non corruptibilibus auro et argento sed precioso sanguine
quasi agni immaculati Jesu Christi. Aliquando corpori ut in ewangelio hoc est corpus
meum quod pro vobis traditur Luce 22 et primo Chorinthiorum 11. Aliquando alijs attri-
buitur puta captivus precium redempcionis est captivum eius crimina ipse peccata
sed dominum peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum ut peccatis mortui iusti-
cie vivamus prima Petri 2. Sic nos a servitute dyaboli redemit
Attribuitur aliquando toti Christo primo ad Thimotheum 2: unus enim deus unus et media-
tor dei et hominum homo Christus Jesus qui dedit semetipsum redempcionem pro
omnibus. Ad Galathas 2: in fide vivo filij dei qui dilexit me et tradidit se
metipsum pro me. Ad Ephesios 5: Et ambulate in dilectione sicut Christus dilexit
vos et tradidit semetipsum pro vobis oblacionem et hostiam deo in odorem sua-
vitatis

Propter quod Albertus qui in loco preallegato videtur attribuere graciam
redempcionis sanguini in eodem libro supra circa dixit bona causa
sed quasi vocatur eukaristia i. bona gracia quod est gracia super graciam quasi multi-
tudines graciarum. Et corpore quidem graciam confert communionis ex sanguine dat
graciam expiacionis ex anima ergo graciam redempcionis ex spiritu Christi dat graciam

Unificacionis et dulcoris ex unitate affert gratiam refectionis ex toto signo sacramenti dat gratiam eterne beatitudinis. Unde quis quis videt istas attribuciones quomodo sunt et qualiter operis suscipi valeat actu ad plenam distinctas gratias sit efficta per diversas species vel sub ipsis quod quia per unam scilicet enim ex corpore habetur videlicet solum gratia unionis et ex sanguine gratia potacionis et sic reliqua referre sub utriusque speciebus restantes gratie vel recipientur tamen reliqua quibus attribuuntur quia sunt ex vi sacramenti. Sed ex concomitancia sub qualibet specie panis primo et si ex vi concomitantie habentur tamen sequitur quod in sacro sub specie panis habetur gratia unionis et gratia refectionis quia ex anima et unificacionis et dulcoris quia ex spiritu Christi et refectionis ex deitate quia ibi caro anima spiritus et divinitas licet aliter in utraque specie simul quam in una et quia etiam ibi est sanguis habebitur etiam ibi gratia potacionis et sic omnis gratie

Preterea idem Albertus ibi tractat quod sacramentum sicut dicit habet multiplicem effectum scilicet unum sed essentialem alios sed adiunctos. Essencialis effectus est restauratio deperditi in spirituali vita quod homo nutriat ex absencia alii spirituales adiuncti ... effectus sunt unio tamen confortacionis et curacionis intellectum. Est aliud modum considerandi effectus huius sacramenti. Item Albertus in eodem libro dicit licet per omnes virtutes ad omnia bona homo disponatur ad hoc quod plus incorporetur tamen per illam gratiam huius sacramenti secundum specialem eius operacionem fit ipsa incorporacio. Sed sicut per omnes qualitates digestivam et subtiliativam et deputativam ... medium disponitur et facilius corpore naturali incorporetur quo sunt ipsa corpora similia et tamen calor ultime incorporationis est in membris sibi inducens et uniens et incorporans nutrimentum. Ita per omnia bona assimilatur fidelis anima et homo totus est facilius Christo incorporetur et tamen in corpore domini in cibum sumpto remanet spiritualis calor et gratia qua homo corpus in Christo inducitur unitur et incorporatur. Multa possem afferre de dictis Alberti et aliorum doctorum plus per huiusmodi sacramenti consideracionibus et attribucionibus que causa dilatandi mentem excitandi devocionem et aliis respectibus sunt sed de istis intellectualibus speculacionibus et attribucionibus ad racionem divinam vel diversitatem efficiendi vel causandi acta sufficienda sunt si quid si volo tandem dicere quod ea que legimus attributa sanguini Christi quod intelligamus sit ea dicta tanquam de sacro sanguine solum quod dicit fuit. Nam et si legamus opera beati Anselmi beati Bernardi et Bonaventure et aliorum doctorum contemplativorum reperimus eosdem effectus attributos de plagis et de vulneribus Christi per devotam contemplacionem passionis eiusdem. Est igitur cum auditas calescat tepiditas inebriatur anima ornatur purgatur et etiam sufficeret in dilectionem sui Christum et alia multa similia. Et finaliter attendamus nec quod a doctoribus ponitur per modum ... intelligamus per modum efficiendi vel causandi

Sed adhuc instat tamen Albertus dicit ipsas realiter distinctas ergo
Respondeo quod multos arguere ex hoc ergo diversum effectus hoc excipimus
quod ipse expresse dicat quia dicit quod non sunt due gratie diversum effectu quod
multos ex ista philosophiam subtilitate de essentiali distinctione probare. Unde et
sanctus Thomas dicit potentias anime essentialiter esse distinctas ab essentia anime
et tamen non est dare potentias anime sine anima. Item in igne calor et lux
distinguntur tamen posito igne ponitur utraque sic et posito corpore Christi
vero ponitur gratia incorporationis et redemptionis. Unde non est sensus
Alberti quod gratia redemptionis sic habeatur per sacramentum calicis quod non habetur
per sacramentum panis. Unde ista est veritas quod una est tantum gratia sacramentalis illius
sacramenti proprie loquendo de sacramentali gratia prout est quoddam divinum auxilium
ad consequendum effectum sacramenti. Ille autem diverse que enumerantur gratie proprie
loquendo sunt beneficia redundantia in nobis ex merito passionis domini
nostri Ihesu Christi. Et tamen per Albertum enumerantur et attribuuntur huiusmodi corpori
autem sanguini specialiter attribuuntur per considerationes et respectus qui
recipiuntur ex aliqua ratione similitudinis. Sic dicit idem Albertus et est prelectum
Primus est effectus essentialis istius sacramenti et alii sunt adiuncti ad illum effectum conse-
quendum est gratia sacramentalis quo effectu consecuto sequuntur effectus adiuncti ad illum
et illae que enumerantur gratie sic per gratiam sacramentalem que datur per baptismum sit
illa prima incorporatio sic per gratiam sacramentalem que datur in sacramento sit ultima
incorporatio secundum modum loquendi ipsius Alberti et sicut ad illam primam
incorporationem sequuntur gratie redemptionis adoptionis sanctitatis iustitie he-
reditatis dei fraternitatis Christi et alia huiusmodi que possent enumerari. Sic et ad
istam ultimam incorporationem suo modo sequuntur ille gratie seu effectus qui di-
cuntur adiuncti. Verum autem sanctus Thomas in iiii di. ix q. i dicit de effectu
huius sacramenti dicit primus effectus huius sacramenti est unio hominis in Christum et
adhuc sequuntur duo effectus augmentum spiritualis unitatis in augmento vir-
tutum et reformatio deperditorum et remissione venialium peccatorum et reparatione
tingendis defectus precedentibus sive sic sive sic considerantur isti effectus semper
est dicere quod una est gratia sacramentalis per quam consequimur principalem effectum
et ad illum consequuntur alii effectus adiuncti. Neque ex multiplicitate specierum
sequitur multiplicatio gratiarum seu effectuum in una communione ex parte
operis operati. Unde si sacerdos in una missa multas hostias consecratas
sumat non propterea habebit maiorem effectum sacramenti quam in una ut dicit sanctus
Thomas parte iii q. lxxx ix ar. vii in fine

Ostcher allegat contra consuetudinem etiam quadam dicta Cipriani et
Augustini et aliorum que ad hoc tendunt quod manifesta veritate cedat
consuetudo veritati. Pro quo volo premittere quod illa que allegantur dicta

Beati Augustini in libro de unico baptismo contra donatistas Quod sicut
verba sancti augustini ipsi recitatiue Sed sicut similes isti felicis episcopi
qui in illo affricano concilio cum beato cipriano reprobarunt consuetudinem
ecclesie de non rebaptizando ab hereticis baptizatos Et contra illam consuetudinem
ecclesie loquendo dicebant illa sed veritas ipsa cecabat et consuetudo quam reprehende-
bant erat bona Beatus augustinus in illo libro recitat omnia dicta illorum et re-
spondit eis tamen quod unio sufficiat etiam primum videlicet quod contra rem plus consue-
tudinis sit veritas non probatur sed salubre consuetudine tenet ecclesia quis per
minus derogans eundem veritati sicut illi dicebant et veritatem prudebant non probant
istam quot ista vnde sicut et illa consuetudo contra quam illi loquebantur vniversali
sit et sicut plenarij vniversalis concilij diffinitione firmata Ita et ista et
quod moleste ferant isti domini sed patienter et leti si eis contingat sicut illi
clarissimo doctori beato cipriano cum lxxx episcopis illam consuetudinem reprobantibus
legimus contigisse

Movent duo proponens contra canonem sacri concilii constanciensis quorum
primus quod sententia lata est per falsam suggestionem quia per offensionem et gravamen
illatam regni bohemie in ea inserta est quod post cenam sepe vel non ieiuni populus
communicatur quod falsum esse dicit quia nunquam in dicto regno hoc fuit practicatum
ergo communis sententia est nulla ipso iure xxv. q. ii c. venias et c. sententiam. videtur
primo ad falsum deinde ad illud quo ad falsum non est hic vnum propone quia
in canone illa nulla fit mentio de inclito regno bohemie propterea nec per hoc
aliqua qualiscumque esse offensam et illata ipsi regno quod ibi non nominatur sed solum
dicitur cum in nonnullis mundi partibus quidam temerarie asserere presumant populum
christianum debere sacramentum eukaristie sub vtraque panis et vini speciebus suscipere
et non solum sub specie panis sed etiam sub specie vini laicum populum passim communicent
etiam post cenam vel alias non ieiunum etc. De communione sub vtraque specie ad po-
pulum quod tamen incepit introduci in regno bohemie non est falsum de alio
videlicet communicando non ieiunum an fuerit assertum esse falsum per aliquem in regno
non potuit inverisimile est cum in principio illius disturbij plurime per diversos
potes homines quod dico per communitatem regni sed per singulares personas novitates
sunt attemptate nonnulli enim in vestibus laicalibus etiam accincti gladio
super quamvis tabula solum cum pane et vino nec sine [illegible] a verbo illo con-
prudie [illegible] Et preterea et si non fuit in bohemia potuit esse in alia
parte mundi istam autem negativam quod in illa parte mundi fuerit per aliquos
sit assertum esse practicatum est impossibile probare sed ut infra dicetur ista non
fuit causa finalis sed impulsiva illud ad illud dicendum est quod etiam si ita
staret istam causam esse falsam non propterea sententia esset nulla cum non sit error
in sententia expressus vt in c. cum super [illegible] et de re iudicata et c. in presentia

de renunciatione secundum Innocentium hostiensem et Iohannem an. quorum verba
sunt hec Glosa quod licet falsa causa inseratur in sententia tenet tamen quamvis lata
sit contra unus litigatoris nondum est contra ille textus et sententiam ad evitandum
constructudinis ... tempore ... ... prelata ... dicit cum ...
egregium ... quedam fuisse dispensatione legum que postea legit
replicasse advertendum est quod sententia lata per falsa instrumenta seu per falsos testes non
retractatur nisi probetur iudicem sententiam fuisse ista ... testes ... causas
... possit animum suum informare ad ferendum sententiam ut notatur in
c. i. de re iudicata et glo. glo. in c. licet de probationibus unde etiam si probatur
falsum fuisse illud de contrahe post tenat ... non falsum fuit illud de contrahe ...
... quod principaliter dedit causam impulsivam dicto canoni facit quod
notant doctores in dicto c. ... si due cause ... in sententia quarum
una est ... alia ... tenet sententia ut nos ponimus ... quod prodit
de electorum ... c. oblate preterea in ... aut legibus seu aliis actibus
quorum ... aliqua causa considerandum est utrum illa sit impulsiva vel
finalis ad hoc ut cognoscamus an ... causa cessat ... de fi
ciat legis dispositio ... in c. post translationem de renunciatione et ff de
postulando l. i. § ... et ... ff de dona ... peritissimus legum
interpres ... elegant ... istam ... ad
reprimendum que ... fuit factum per henricum imperatorem quia eo tempore
multi ... imperium romanum ... an ... causa
dicatur impulsiva an finalis et declarat quod ... illa sit ... et perpetua et
futura ... illa factum predicta ... quod multi ... contra
imperium ... fuit causa finalis ~~et declarat quod ... illa ... impulsiva~~ et ideo
si ista causa cesset quia ... multi ... sit delinquentes ...
lex ut in dicto c. ... unde dicit quod si in aliqua lege sine ...
principali ponitur aliqua causa impulsiva ... apponi quod illa causa
non sit vera quia ... ut c. de falsa causa adiecta lega. l. i. et ff
de condicto et demonstratione l. ... falsam ... si princeps aliquid particulare
rescriberet quia factum ... super quo rescribitur ... causa finalis
rescripti ut c. de ... causa autem finalis seu ...
... est ad reprimendum ... et ... perpetua et futura
respicit et iste ... ad quem tendit imperator Item ut ...
... solempnitate ... positum Item addit si sint
plures cause finales et quelibet est sufficiens per se ad producendum effectum ...
sufficit ... vera ... glo. in c. ii. de ... et ... ponitur ...
ita ut ... de ... renunciatione ... in ...
dicitur quod ... illud ... salute ...
matura deliberatione plurium doctorum tam ... pro

habita declarat etc. Unde quod quamvis in nonnullis partibus sit asserunt
quod ~~propter instancias~~ fuit causa impulsiva que induxit sacrum concilium
ad declarandum. Causa autem finalis et perpetua et communis est ut declarando
veritatem provideatur saluti fidelium. Unde sine illarum assercione fuit sufficiens causa quod
non habet non movet declaracionem veritatis que pro salute animarum de se necessaria
omni tempore et omnibus hominibus licet sacrum concilium secutum fuerit etiam
assercionem facti secundum testimonium scripturarum declaratum per insignes doctores tamen
definitos ubi tamen supposicio. Deinde in alio loco. Si quis deferret tamen sacro
concilio quod in nonnullis regionibus multi predicarent sortilegia vel confi-
rmavit et dicit talia non debet sacrum concilium ad providendum saluti fidelium declarare
sortilegia vel consultas exercere non posse sine peccato mortali quod non possit probari
quod in aliqua hoc aliquis asseruerit quod dictat huiusmodi sentenciam vel communionem
non tenere cum non est aliud nisi declaracio veritatis. Fatentur tamen quod si
post declaracionem veritatis condempnaretur aliquis in omnibus tamen sit declaratum et
postea probaretur illum fuisse delatum tamen predicta condempnacio deberet re-
tractari et ita loquitur decretum c. Veniam et c. similiter. Secundo obicit dominus proponens
predictam sentenciam esse nullam quia lata est contra ius scriptum et ius constitucionis
divine nisi manducaveritis ad filibus per eum probat ideo dicit esse nullam ut
in c. primo et in c. ... de re iudicata et 11 q. 3 c. 1 diffinitiva facit ad hoc l.
si expressum ff. de appell. Et c. que sententia sine appellacione rescindi l. i. c. 1 ad hoc dicendum
est quod tamen probari non possit communionem sub utraque specie ad plebem esse de precepto
Christi sentencia illa non potest dici esse lata contra ius constitucionis divine. Tercio
obicit quod sentencia sedis apostolice non debet stare si contineret iniquitatem manifestam
ut in c. inter ceteras de re iudicata vel cum contineret intollerabilem errorem
ut patet in c. per tuas de sen. excom. ubi allegat glo. dicit intollerabile esse errorem
si precipitur aliquid respondendum est quod iste allegaciones evidenter cessant cum proba-
tum sit per ea que predicta communionem ad plebem sub utraque specie non esse de precepto Christi
et consuetudinem ecclesie sub una specie laudabiliter esse introductam. Quarto obicit
quod sentencia Romane ecclesie non est sectanda quoad ea que sunt bene diffinita irritare
voluerit. Ad hoc clare respondetur quod sentencia concilii Constanciensis non irritat
confirmat bene diffinita quia consuetudinem illam de communicando plebem sub una
specie ex rationabilibus causis introductam et per tot centena annorum communiter
per totam ecclesiam latinam et per sanctos patres et doctores observatam concilium Con-
stanciense declarando roboravit

Postremo dominus proponens multum gaudet et gratias agit quod concilium Constanciense
prohibuit communionem cum Christus instituit sacramentum eukaristie sub utraque specie et
quod ecclesia primitiva hoc practicavit etiam quo ad laycos. Ad hoc dicendum quod
hoc non probat intentum suum, quia concilium non dicit quod instituit sub pre-
cepto ad plebem licet quod ecclesia sub precepto practicavit licet illud sequitur quod sit

layci qui practicabant in primitiva ecclesia sub utraque specie, vel participabantur, ita
vel practicantes nunc, quia tunc consuetudo ista fuerat quo administrantur, aliis sit in
presenti ecclesia et etiam ex iusta causa ordinarie vel constitute teneantur sub pena
qui sine licentia ecclesie, alias aguntur efficiuntur legis transgressores, sicut in presenti ecclesia esset
dampnabile quod consecratur in azimo vel fermento et in talibus ornamentis vel cum tali
solemnitate qui secundus fieret post legem datam pro talibus peccarent

Ex predictis patet plene ut mihi videtur satisfactio ad omnia predicta principa-
lia et motiva et allegationes magistrorum opponentium vel puto aliquid
remanere quod sit alicuius importantie ex propositis et allegatis per eos quod non pateat
ad visionem ex predictis. Nolui enim sigillatim cuncta prosequi ne prolixitate ni-
mia efficerer tediosus. Si autem videtur eis aliquid obmissum ad quod voluerint
specialiter respondere signatum illud et dabitur eis deo suffragante responsio. Suscipiat
precor benevolo animo et in caritate que a me dicta sunt. Certe benivolo animo
et in caritate loquens tamquam in fratribus vel disputantium cautelas fugiam
ut solum vellem evadere argumenta, sed apperire mutas quas deus michi dignatus
donare est sine invidia cunctantis et que sensi cum potui prepalam et veritas
elucidetur. Si quid minus complete aut aliter dixerim, quod dolens imputetur angustie
temporis et nimie nimis brevitati, sed et mee ignorantie quia non inulta sit
sicut abscondere neque vitam nec profiteri erubesco paratus semper corrigi a quolibet
melius sciente. Et potissime ab hoc sacro concilio cuius est de talibus diffi-
nire, cuius correctioni emendationi et diffinitioni hec mea dicta plenarie sunt
subiecta. Deus qui iussit pacem et veritatem diligere veritatem splendescere faciet
et omnes pacem et veritatem amare ut sit ad illam beatam patriam nobis concordia et per-
petua pax lucet quod revelata facie apertissima veritas perveniri valeamus. Amen

In nomine domini nostri Ihesu Cristi amen. Reverendissimi reverendique
patres etc. Cum cogitarem pridie pro huius mei operis aliquod accipere
ex sacra scriptura stabile fundamentum apperiens librum missale ut reperirem
ex lectionibus epistole vel ewangelii que in ecclesia dei diebus istis leguntur et in
lectione epistole que secundum morem dominicam fuit heri fer. quinta legenda quod
ymmo nunc a deo destinata suscepi ex epistola ad Coll. iii. sic legi in quo simul
consepulti estis cum Cristo in baptismo per quem ... in expoliatione corporis carnis
... in circumcisione Cristi consepulti ei in baptismo in quo resurrexistis per fidem
operationis dei qui suscitavit illum a mortuis. ex quo quidem themate ut ex quadra-
to lapide quatuor veritates velut quatuor principales pietres consurgunt. Prima
est quod ex illa divina scriptura in primum parentem nostrum Adam promulgata amens
homines mortui spiritualiter morte nascuntur filii quidem nascuntur ire et mor-
te dampnati. Secunda quod ab hac morte resuscitantur illi quos omnipotens

ad gratiam suam vocare dignatur. Tercia quia hec tam admirabilis mutatio de
morte ad vitam spiritualem fit per baptismi sacramentum. Quarta quia baptismus in locum
circumcisionis successit ita ut illa per hoc sacramentum tollatur. Prime due patent in
hoc quod dicit In quo resurrexistis quis enim resurgit nisi qui mortuus fuit
Item enim ut ait apostolus ad Ro. quinto Ob unius delictum mors regnavit et prima per
unius delictum omnes in condempnationem. Secunda vero quia hec mirabilis mu-
tacio fiat per sacramentum baptismi ostenditur ubi vobis dicitur consepulti ei in baptismo
Unde idem apostolus ad Ro. vi An ignoratis fratres quia quicumque baptizati sumus in Christo
Iesu in morte ipsius baptizati sumus. Consepulti enim sumus cum illo per baptismum
in morte ut quomodo surrexit Christus a mortuis per gloriam patris ita et nos
in novitate vite ambulemus. Tercia ostenditur ubi cum dicitur In quo circumci-
sistis circumcisione non manu facta sed in circumcisione Christi consepulti ei in baptismo
Quid enim est dicere circumcisi estis circumcisione non manu facta sed in circumcisione
Christi consepulti ei in baptismo nisi quod dum dicit non manu factam illam
carnalem circumcisionem excludit sed ut ostendat effectum eius non perditum sed in alio
sacramento mutatum dicit circumcisi estis circumcisione Christi. Et ut declaret illam apertius
subdit Consepulti estis Christo. Et ad addamus illud ad Ro. vi ut quomodo surrexit
Christus a mortuis per gloriam patris ita et nos in novitate vite ambulemus
Unde hugo in .i. maiores de baptismo ita dicit quod baptismus successit circumcisioni
absit enim ut in illa dampnata heresi incidamus que perversa affirmabat legem
cum thronis et circumcisionem cum baptismo suadebat contra sententiam apostoli dicentis Si
circumcidamini Christus vobis nichil prodest et ita baptismus qui successit loco ipsius. Et sic
ergo est ultima in ordine tamen cum hec appellatur prima. Primum ergo principaliter
presupposito ipsius circumcisionis effectu de quo inter antiquos diverse opiniones fuerunt
aliis dicentibus quod solum per eam tollebatur originale peccatum aliis vero quod etiam confe-
rebatur gratia quo ad effectum remotionis culpe sed non quantum ad positivos. Aliis opi-
nantibus quo ad positivos etiam ut recitat sanctus Thomas tercia parte q. lxx in re-
sponsione ad tertium allegabatur ad hoc dictum venerabilis Bede in omelia circumcisionis
ubi dicit idem quod salutiferi circumcisionis auxilium curationis in lege contra originalis
eius peccati vulnus agebat quod baptismus agere revelate gratie tempore consuevit. Addendum
est dictum beati Gregorii quod habetur de con. di. iv quod apud nos. Sed dimissis
istis disputationibus de solida doctrina ecclesie accipiamus hoc [illegible]
tempore originalis culpa remittebatur per circumcisionis misterium et dampnationis
periculum vitabatur non tamen pervenitur ad regnum celorum quod usque ad mortem Christi
fuit obseratum. Sed subvenit et per sacramentum baptismi Christi sanguine intinctum culpa
remittitur vitatur periculum ad regnum celorum etiam pervenitur. Unde patet quod bapti-
baptismus circumcisionem successit et eam in virtute efficiende excedit. Quo presupposito
argumentatio vero procedat habebat tempore suo circumcisio suum effectum sicut adinventio
cuiuslibet alterius sacramenti. Non enim nomine circumcisio dabatur in octava quod
ad octavam figurabatur in octava. Sed ut brevius expediatur nulla alia sacramenta

legis temsabat nec habebat aliquam virtutem qua operetur ad conferendam
gratiam sicut est declaratio magistri sentenciarum in quarta di. prima et ibi doctores et
glosa. ubi supra sola ergo circumcisio tollebat originale peccatum et dampnacionis penam
evitabat et baptismus dicitur maioris virtutis et sine adiutorio alterius sacramenti
suum effectum eo valet perfecte producere ubi sic esset non sufficienter instruxisset
beatus petrus apostolorum princeps compunctos corde et salutis remedium flagitantes
viri quidem fratres petrus vero ait ad illos penitentiam inquit agite
et baptizetur unusquisque vestrum in remissionem peccatorum vestrorum et accipietis donum
spiritus sancti etcetera
Sed quoniam per baptismum remissionem peccatorum promittit et donum spiritus sancti divina
dispositione petrus apostolus ad cornelium mittitur ut ei quid facere oporteret ostendat
instruxit eum et suos salutari doctrina et baptismate innovat et per hoc
ostendit sibi quid oporteat eum facere legamusque eciam actuum apostolorum discursum
videamusque an reperiemus aliquem mox de baptismo ad alterum sacramentum deductum
habebat quidem apostoli baptismum sacramentum per se absque alio sacramento adiuncto plenum effectum
suum producere posse dicit beatus philippo ut iungat se currui in quo tamen
dicas regine sedebat eunuchus et cum eo prophetia ysaie iesum lectorem
in loco sibi philippus monstrasset pervenissent ad aquas quas in itinere reperiebant
baptisato eunucho mox a spiritu raptus est philippus et iter suum eunuchus
peregit videamus ergo tam magne gracie pro eunucho spiritus sanctus dignatus
est operari et confirmacionis omiserit sacramentum Nam qui opus confirmacionis non novit
aut certe vermis durendum eunuchum illum perfectam suscepisse per lavacrum potestis
sui salutem mox beatus Jeronimus sanctus non dubitat inculpare ut in prologo
biblie legitur Ezechiele propheta audivimus per spiritum sanctum de baptismo prophetando
dixisse effundam super vos aquam mundam et mundabimini ab omnibus inquinamentis
vestris Ezechiel xxxvi. per quam ergo baptismum homines ab omnibus inquinamentis mundantur
et breviter ut psalle turis dixit in c. maiores per baptismum culpa remittitur
vitatur periculum et ad regnum celorum etiam pervenitur
Affluente materia videorum quod vos pretere aut saltem quod de nobis totum edificium
velle complere actis aliorum erunt oblita Ergo et in multis operibus alie
remanent quas alias ex assumpto temate videbitis scilicet quod per eius mortem sumus
et dei gracia resuscitamur Addatur huius tercia quod hoc fit per baptismatis sacramentum
prout paulus docet in temate presumpto tunc dicit consepulti ei in baptismo
in quo et resurrexistis Cum concordat illud ad Ro. vi. quicumque baptisati
sumus in cristo iesu in morte ipsius baptisati sumus consepulti enim sumus cum
illo per baptismum in mortem ergo per baptismum de morte cum illo resuscitamur
ad vitam ergo spiritualem vitam baptismus confert vere sanctus Thomas
in summa contra gentiles parte iiii. ti. de baptismo ita incipit Quoniam
hec ergo oportet post circa singula sacramenta et effectus proprios convenienter et

materia introducens prima quidem circa spiritualem generationem que per baptismum
fit considerandum est quod generatio rei viventis est quedam mutatio de non vivente
ad vitam vita autem spirituali privatus est homo in sua origine per peccatum origi
nale et alia actualia peccata commissa tollat unde beatus Augustinus et habetur in decreto
de con di iiij. ita dicit de generante autem carne tantum trahitur peccatum originale
regenerante autem spiritu sancto non solum originalium sed etiam voluntariorum fit remissio
peccatorum patet ergo tantum ex dictis quod baptismum quod merito dicatur regeneratio hec
est mutatio quedam de non vivente ad vitam hec autem quod salvator ait
nisi quis natus fuerit denuo non videbit regnum dei Jo iij et Mar ultimo
qui crediderit et baptizatus fuerit salvus erit unde et apostolus paulus cum salvos
nos facit per lavacrum regenerationis et renovationis ad Titum iij Renascitur enim
homo per baptismum et renovatur et fit novus homo amissa vetustate peccati
et ascribitur numero filiorum dei quia quod deo natus est si filius ergo et heres
dicente apostolo paulo ad Ro viij si filius ergo heres et iterum ad Titum iij
ut heredes simus secundum spem vite eterne hereditas autem hec in regno celorum est nam
ipsa virtute baptismi est celestis regni ianuam aperire prout dicit glossa super prima luce
in baptizato ihesu apertum est celum Nam et primum ihesu apertum est tunc celum sint
virtus baptismi ostendatur de quo quisque cum egreditur ei celeste regnum ianua
aperitur unde beatus Thomas in summa contra gentiles li iiij capitulo super loquens de effectu
baptismi dicit et si baptizati decedentes statim in beatitudinem recipientur per bapti
smum quod incorporatur quis passioni et morti cristi et efficitur membrum eius
et vivat in cristo secundum illud ad Ro vj si mortui simus cum cristo credimus
quia etiam vivemus cum cristo Ex quo patet quod homini baptizato communicatur passio cristi
ad remedium ac si ipse passus et mortuus esset passio autem cristi est sufficiens sa
tisfactio pro omnibus peccatis omnium hominum et ille ideo qui baptizatur liberatur a reatu
omnis pene sibi debite pro peccatis ac si ipse sufficienter satisfecisset pro omnibus peccatis suis
verba sunt sancti Thome predicte in q lxxxix ar ij in corpore q. huius concordat
Augustinus et habetur de con di ij fidelibus dei carne peccati suscepit et penam sine culpa
ut in carne peccati culpa solutos et pena per fidem ergo et baptismum eciam a peccato
homo per communicationem et a morte liberetur per resurrectionem Item beatus Ambrosius
et habetur eadem di. per aquam baptismi transitus est de terrenis ad celestia ideo pa
scha transitus dicitur hic transitus est de peccato ad vitam de culpa ad graciam
de inquinamento ad sanctificationem qui per hanc aquam transit non moritur sed
resurgit hec beatus Ambrosius huic bene thema nostrum concordat cum dicit
consepulti cristo in baptismo in quo et resurrexistis Ex hiis que tactis auctoribus
commixta nichilominus volo communiter innuere et probare quod effectus baptismi
fit remissio omnis culpe et quidem transitus de morte ad vitam dico spiritualem
per graciam Certum enim est quod omne agens naturale formam sibi contrariam
corrumpit in materia disponens eam ad susceptionem nove forme et inducit formam
sibi similem sic ergo per quandam similitudinem agit deus in animam suscipientem

Baptismus ipse baptizato sicut in forma agente mediate eius corrumpit sibi formam
contrariam scilicet peccatum et imprimit formam sibi similem scilicet gratiam sancti-
ficantem. Unde super in sententiis di(stinctione) iiii ar(ticulo) iii q(uestione) i ubi tractat de effectu baptismi
sic quod tantis multiplicationibus auctoritatum et per rationem probationum quod
est aptissime sancte ecclesie determinatione firmatum. Magister solis splendorem
tenebris admonet in iiii ar(ticulo) iii maiores de baptismo aptissime effectus ponuntur
sacri unde licet per ipsum culpa remittitur aufertur periculum et ad regnum celorum
ductus promitur. Et in canone edito in generali concilio qui habetur in de-
cretalibus de summa tri(nitate) et fide catholica propter generalem efficaciam mortis Christi que per baptis-
ma applicatur pariter omnibus baptizatis tam parvulis quam adultis confere-
informationem in baptismo gratiam et virtutes reveniunt (?). Concludendo ergo
ex omnibus supradictis dilucidissime constat esse fundatum effectum proprie esse
sacramenti ut per ipsum nova regeneratio fiat expoliata vetustate peccati renascitur
novus homo ex aqua et spiritu sancto efficitur filius dei et mundatus ab omnibus
inquinamentis vita spiritualis iam vivit hic in se gratiam gratum facientem et vir-
tutes fidei spei atque caritatis et si habet spiritualem vitam in eo per baptismum reductam
nulla sequens culpa coinquinet ad regnum celorum perveniet et vitam rena-
scitur eterna.

Ob quem effectus et multos alios quos se consequens est baptismum unde
et ideo Augustinus in sermone ad nuper baptizatos sic dicit videtis quot sunt
baptismatis largitates sed multis quidem videtur celestem gratiam in peccatorum tantum
remissione consistere. Nos autem honores decem in illo computamus hac de
causa etiam infantes baptizamus ut non sunt coinquinati peccato ut eis addatur
sanctitas iustitia adoptio hereditas fraternitas Christi ut eius membra sint ut
spiritus sancti habitatio fiant ad producendum autem omnes hos effectus baptismi
virtus sufficit nec alterius sacramenti indiget adminiculo sua propria virtute
perfectus absit quod ut in illud damnatum errorem incidamus quem prout dicit Ysi-
dorus in libro de heresibus dicens quod reputantur ut baptizatus sumat corpus Christi
alias nisi sacramentum eucharistie baptizatus sumpserit non est vere baptizatus hoc
nec evangelica doctrina insinuat nec apostolica documenta ostendunt nec aliqua
ratione fundatur. Septem quidem sunt ecclesie sacramenta quorum quodlibet suam
habet efficaciam et virtutem. Tamen non possumus dissipere (?) ut credat eum qui baptizatus
fuerit et non communicaverit in morte manere etiam post baptismum non erit
regeneratio a peccatis emundatio nec resurrectio. Quomodo ergo salvabitur dictum
apostoli in themate assumptum Consepulti sumus Christo per baptismum in quo
et resurreximus. Quomodo erit quod dixit idem apostolus ex (?) qui salvos fecit
nos per lavacrum regenerationis. Manebit ergo in morte talis baptizatus ex
aqua et spiritu sancto renatus et illa eius perfecta sunt opera in baptismate
non dederunt perfectum salutis remedium. Sed quid insinuant Armeni satisfa-
cientes nobis ad evangelica verba hic enim Christus dixit nisi quis renatus
fuerit ex aqua et spiritu sancto non intrabit in regnum celorum hic etiam

dixit Nisi manducaveritis carnem filii hominis et biberitis eius sanguinem non
habebitis vitam in vobis licet ergo aliquis renatus sit ex aqua et spiritu sancto
si tamen non manducaverit carnem filii hominis et eius biberit sanguinem vitam habere
non poterit Ad hoc ergo respondeo imitando Christum cum interrogatus a principibus
sacerdotum et phariseis respondit eis Interrogabo et ego vos sic et ego ad
minores interrogo Christus dicit qui autem non crediderit condempnabitur
Et qui non credit in filium dei iam iudicatus est Quis autem salutem aut vitam
promittere potest parvulis etiam si baptizati sunt et confirmati cum non in filium
dei non credant et tamen nihil aliud valent nisi respondere Nisi quod in fide ecclesie
salvantur ecclesie corde creditur et ore ecclesie confitetur Sic ego eis facile respondeo
quod per ore ecclesie manducant carnem et bibunt sanguinem Christi Non sic et beatus Augustinus
dixit et habetur de con. di. ii In ecclesia salvatoris per alios parvuli credunt
sicut ex aliis que in baptismo remittuntur traxerunt Unde illud cogitetis eos
vitam habere non posse qui sunt expertes corporis Christi et sanguinis eius dicente
ipso Nisi manducaveritis carnem filii hominis et biberitis sanguinem non habebitis vitam in
vobis Nulli est aliquatenus ambigendum tunc unumquemque fidelium corporis
sanguinisque domini fieri participem quando in baptismo membrum Christi efficitur
nec alienari ab illius panis calicisque consortio etiam si antequam panem istum comedat
et calicem bibat de hoc seculo in unitate corporis Christi constitutus abscedat
sacramenti namque illius beneficio non privatur cum ipse hoc quod sacramentum est
habere invenitur hec Augustinus Secundo dicit Insuper ille magnus philosophus Dio
nisius Ariopagita per apostolum paulum conversus et episcopus factus in libro suo
ecclesiastica Ierarchia dicit quod eukaristia est perfectio et ideo dicitur communio seu conge
gatio Quia omnia alia sacramenta accipiunt ab isto suam perfectionem Nullum enim sacramentorum
aliorum vere celebratur in quo sacra communio non sentiatur Ad hoc respondeo
concilii / pro qua litigabis contra illos
veram articulis fidei / et credere unam
sanctam ecclesiam / Non quod ipsa sit super
papam qui est minister eius / aut non
non pertinet ad fidem / Veram claves
ecclesie sunt date in persona petri /

Nec dominus claues petri / neque ipse
sed claues ecclesie / Ecclesia non est
propter papam / sed ipse propter ecclesiam
Et non dicitur credo in papam / sed
in sanctam ecclesiam catholicam

Dixi tercio quod horum doctrina etc. /
est erronea / probatur quod dicto eorum in
predicta visione / Nec quisquam illud
dicere presumat / quod generale concilium
legitime legitime congregatum / criminaliter sit
aut quod errare possit / quia si hic
pernicioso errori quod generale concilium
admitteret / tota fides catholica
vacillaret / nec aliquid certi in ecclesia
remaneret / et in dubiis veritatibus assi
stit nunc generalium

+ Ecce [illegible] dicunt perniciosus error

Dico quarto quod horum doctrina etc. est
veritatis agnite impugnativa /
probat hec eorum dicta / in eadem visione
dicentium / De Constanciensi synodo
aut eius decretis nulla est dubitatio
synodum illam autenticam esse et catholicam / Decreta eius autentica sunt
et ita intelligibilia / ut nulla egeant
declaracione / Ista autem synodus / loquens
de Basiliensi legitime inchoata est et
legitime continuata etc. / Et in prefata
disputacione / dixit idem Julianus Sigismundo imperatori / in hoc [illegible]
de Serenissime princeps tenetis illa
concilij Constanciensis decreta firmissima / Sicut
ergo illa tenetis ita reputetis ista
decreta / dicens de decretis concilij Basiliensis
firma sunt eciam / In hiis et aliis
non oportet applicacionem facere / quia manifeste apparet

Dico quinto quod horum doctrina etc. est
vniuersalis status ecclesiastici turbativa / Hoc
probat / per auctores in dicta responsione / dicentes / Rarissime magis
sit ipse potestas / id est facere sed non licet
nisi racionem in sententiam / quia
status vniuersalis ecclesie turbetur / aut perclitetur / aut decoloretur / Nec ipse plus
est decretum / illud Constanciensis incipiens
Frequens / abolere / vel taliter agere quod sua
disposicio reddatur inutilis / vel
frustratoria / Esset enim quasi mente
ecclesie / que illud decretum edidit /
pro vtili ecclesie statu conseruando /
contra quem ipse non dispensat / sed
aut pro vtili ecclesie statu contrario
sit editum / Ex prophecie [illegible]
liquet / dicit enim sic / Semper
generalium conciliorum celebracio / agri
dominici propria cultura est / que
vepres spinas / et tribulos heresum /
et errorum / et scismatum / extirpat / excessus corrigit / deformata
reformat / et vineam domini / ad
frugem vberrime fertilitatis
adducit / Illorum vero etc. / Et
in eadem visione / dixerunt capitulum
Frequens / ita est in ecclesia dei
necessarium sicut oculus in capite /
Ecce quomodo os eorum condempnat
eos / et labia sua respondent etc.

Dico sexto quod horum doctrina etc.
est irraciocinativa / id est contra racionem
hec probat istorum actorum dicta
in eadem visione / Si enim querat
racione racionabilius est illius qui
errare non potest / preferri sua iudicio
illius qui errare potest etc. / Nunc autem
dicit contrarium / Et ipse Julianus in
principio sue disputacionis / vbi post
disputacionem questionis / an ipsa
possit dissoluere concilium / posuit
xiij raciones quas dicebat inuincibiles
quibus probabat quod non posset
dissoluere / quas obmitto causa
breuitatis / remittens ad dictam disputacionem

Dico septimo quod horum doctrina etc.
est blasphematiua / patet dicto eorum
in dicta epistola contenta / Blasphemia
est si quis negaret [illegible] sicut
dictare sacros canones et decreta
conciliorum / propterea nullo pacto ecclesia
tollerare debet / ymmo se vsque ad
aram et sanguinem apponere / ne
iste hostis appareat / et tam vile

toti sacri concilii statutum sic capitulum frequens evanesceret / Remittere enim dicti decreti / ubi dicitur dissolucionem predictam non valuisse / vult enim quod in fine cuiuslibet concilii / eligatur locus futuri concilii / per mensem ante dissolucionem concilii

Dixi octavo quod horum doctrina quorundam / est scandalosa / Hoc probat Julianus in sua disputacione dominus cardinalis constanciensis declaravit discessionem Senis scandalosam et scismaticam / contra ecclesie / et tamen propter pestilenciam fugam / non dissolucionem concilium constans / multo magis ista pretensa dissolucio / scismatica est et scandalosa / Certe magnum scandalum subortum est / et adhuc quottidie firmamus / quottidie fit scandala / quottidie dissensiones fiunt / Et respondeat ad discessionem Senis xxiiij / quia illa non fuit expressa dissolucio / et tamen fuit declarata scandalosa / multo magis / ut supra dixi est scandalosa ista dissolucio concilii sanctissimo et in citatorio monetur / et suspectus de heresi

Dixi nono quod horum doctrina / est contenciosa / ita videtur ipsi ac sectatores / dixisse in eadem visione / theologie et doctores in hac materia / concilium constans / sepe vacillabat / uno unum / uno et aliud dicebat / et scolastice disputaciones non se firmabat / contra ad amputandum tenebrosas / et contenciosas verborum disputaciones et contenciones / ecclesia catholica / magna omnium constancie congregata / diffiniunt hunc passum / Et mirum quod ipsi dicunt in suis tractatibus / videat quod se contradicunt ultima premissis verbis mentem / quamvis / quod signanter allegant / dicta epistola cogitati / quod in ipsa fuerunt patres ipsi quod Julianus et Palomar / forsan

in aliis non ita interfuit Palomar / propter suam absenciam ad tempus vice ambasiate ad bohemos

Sed dixi decimo quod horum doctrina / est in vaniloquio / Non est / est dolosum vaniloquium / ut patuit in predictis commendasse tam statum sacri generalis concilii / et omne impugnare / per vana dolosa verba / dicere quod tempore edicionis dicti decreti / de obediencia ipse / ad concilium in hiis que sunt fidei / et extirpacionis scismatis / et reformacionis ecclesie in capite / et in membris / non erat nisi de una obediencia / cum essent tres obediencie in mundo / prothonotarii aut / ac Rotarii / concilii generalis ... horum negacionem ... de dicta sessione / quod interfuit in ea ultra / 200 / prelatos quod de illa fecerunt / ... insuper quod fuerunt ibi in presencia Regis Romanorum in habitu et insigniis pertinentibus ad Regem Romanorum / et curie sue / et ambasiatores Regis Francie / Regum Anglie / Polonie / Norwegie / Cipri / et multorum principum / communitatum et universitatum / et studiorum / et cum approbacione / et deliberacione nacionum / atque expressa approbacione de quibus in ipsa sessione / ut est in ordine / sit mencio s. Germanice Ytalice / Gallice / et Anglice / Et licet non esset nisi una obediencia / in illa fidelis vera et catholica / aliis non esset concilium generale / tamen congregatum / pro maxime / quia erat continuatum concilii pisani / ut in principio et in continuacione dicti concilii constanciensis patet / Et si sic / ergo cardinales Angeli dictus Gregorii / de quorum numero Gabriel erat unus / Senis contra dictum / ipse qui tunc fuit in dicto concilio / certa tempestas / super quorum ad missiones / in cardinales non fuit admissi / quod non in pillam / quam hic isti imputant obedienciam

Nec a sede valuit aporum cardinalium
absolucio et habilitacio quam pecierunt
ipse a dicta obediencia, una de hiis que
contra eos per concilium pisanum et Roma-
num fuerant fuerunt promulgata, sed tamen
aliter non reperiatur fuisse abilitatos
nec absolutos, nec valuit nulla
alia que fuerunt facta per illam obe-
dienciam que ut ipsi nunc impugnatores
dixerunt in predicta responsione cogita-
uit tenerit constituebat ecclesiam et hereti-
cum declaravit contra dicte huiusmodi decreto
dixerunt enim sic sanctitatis et auctoritatem ec-
clesie contra adducere, ipsa enim errare
non potest. Et quod quicquid determinat scripto
aut consuetudine vel ~~fecit~~ faciat eius-
dem reverencie et auctoritatis cum sacra
scriptura. Tamen si enim eciam eorum responsionis
decretum illud concilii generalis quod dicta re-
obediencie concilio est hereticum et hec
revocacio in dubium sit et hereticum
erit. Si quibus illi decreto contraveniat
contradicat. Ecce quo ob suam contempnit
eos. Nonne e contrario dicere
quod dictum decretum fuit obreptum. Subdu-
cendo dominum fr. de zarabellis cardi-
nalem florentinum dicentes quod in iiija
sessione dicti concilii generalis voluit legere
illam clausulam generalem reformacionem
in capite et in membris. Hic est subdolo-
sum voluit legere. Verum non legit quia
non erat posita ipsa clausula. Et patet intu-
enti. Sedula dicti concilii generalis legisset
utique si affuisset dicta clausula. Sic quod in va
sessione eiusdem generalis legit idem flo-
rentinus cardinalis in hec verba. Hec sancta
synodus sacrosancta generale generalium constanciensis
[in] legitime congregata pro reformacione et unione
dicte ecclesie in capite et in membris fie-
nda in spiritu sancto legitime congregata etc. Si
auctoritas illius legenti valet ipse legit
in tercia sessione ista et alia que non con-
cernebat fidem nec extirpacionem scismatis, sed
eciam in va sessione legit alia que erant
maiora, ut intuenti patet. Sed et quod
sequentes ponitur quod ille florentinus cardi-
nalis contradixisset vel legere renuisset
voluisset, ipsius est certe decretum generalis
etc.

nota processus 10/23 contra depriato ar[illegible] Wicleph et huss

obreptum dicat quo iure
Nonne e contrario dicere impugnato-
rem per sessionem generalis concilii per
quam ipsi tuebantur se quia tunc per
consilium super ipsa contencione dissolu-
cio dicta in dicta responsione dicebatur
et aut dicta dissolucio non va-
leret, clare deducitur ex decreto xe
sessionis concilii in qua fuit dif-
finitum eciam contra processum incho-
atum contra Johannem episcopum dictum 10/23
Romanam curiam et officia pu-
blica illius seu illorum officialium
de hac civitate constancie ad aliud
locum non amitteret aut transferat
seu personas dictorum officialium
ad sequendum eundem directe vel
indirecte cogat sine deliberacione
et consensu ipsius sancte synodi. Et si con-
trarium fecisset seu faceret in futurum
aut aliquos processus seu mandata
contra dictos officiarios vel alios
quoscumque huic sacro concilio adheren-
tes aut censuras ecclesiasticas aut pe-
nas alias quascumque contra eos
fulminasset ~~fulminaret~~ seu ful-
minaret seu fulminauerit totum
sit per irritum et inane nec eisdem
processibus censuris et penis tamquam
irritis et inanibus quoslibet obe-
diendum fore et casus et robo-
ritat etc.

Item legit idem cardinalis
cum predictis in dicta xa sessione
et de quo ipsi nunc impugna-
tores arguebant, cum superdicti
processi: Si quam privacionem vel transla-
cionem personarum existencium in dicto
concilio vel adherencium facta fuisset
in lesione dicti concilii vel existencium
in eo seu adherencium per ipsum contra Johannem
et post inchoacionem eiusdem concilii et
irrita et in aliis. Sed que maior
subdolositas esse potest quam arguere
de xa sessione predicta negative
et tacere de 7a sessione, ubi
omnia fuit declarata et concordita

a nacionibus iiij^or approbata / ut
patet intuenti acta dicti concilij / pro
dicta 7a sessione / Et que dicta
sunt de officiarijs et decretis
in 2a / 6a / 7a sessionibus dicti
Constanciensis concilij / si bene intueatur
non pertinet ad fidem / nec ad extir-
pacionem scismatis / seu ad genera-
lem reformacionem ecclesie ut intelli-
gatur collective vel distributive / Et
recordari deberent in capite et
membris / Et certe in illis sunt de-
cretis circa illas clausulas genera-
lem reformacionem ut intelligatur col-
lective vel distributive / Et recordari
deberent dicti impugnatores declara-
cionis facte per ipsos in dicta re-
sponsione / pro dicto adiutat bene
dicentes talia / Certe aliqui pla-
torum dicebat quod ista dissolucio
concilij non pertinebat ad fidem / nec
ad extirpacionem scismatis / nec ad
generalem reformacionem in capite
et in membris / quod si bene considera-
verit in istis tribus comprehendun-
tur omnia / Quia certum quod quod est in ecclesia
aut fidem concernit aut mores
sed adherent in hiis adherent omnibus

Racione [illegible] cum allegacione
patriarcham / Anthiochenum / acci-
piendo negative / Ideo voluit re-
spondere / quod si voluit / ergo opponentes
istorum impugnacionem vera / Sed ma-
gis dolose et mendose dicere non
respondit / sed tamen respondit et tota-
cionem fecit directum sacro concilio / Et
quod in prohemio dicat audiamus
Tercia non omitti [illegible] apponentes
in ecclesia / potestatem Romani pontificis
supra potestatem generalium conciliorum
contra iuris divini et humani
veritatem / a sanctis patribus aliquas
declaratam exaltare intuitus / Et
obiectum quod dominus Eugenius papa 4us
veram sanctissimam synodum ad ex-
tirpacionem heresis reformacione

ecclesie / in capite et in membris / ac
pace in populo christiano componenda le-
gittime congregatam / sine consensu ipsius sacre
synodi dissolvere potuerit / asserere
putat non verentur / sine errore huius / si
ei non contradicere asserere videretur / ipsi
sanctum quamvis contra errorem huius / oppo-
situm sanctitati vestre mitte etc. / Et de-
ductis multis racionibus allegacionibus
similibus / dicit in fine dicti tractatus
qui satis copiosus est / Ex omnibus alle-
gatis constat apparet / non esse supra totalem ec-
clesiam / nec per consequens supra concilium generale
illam representans / Et ex premissis arguitur
non potuit dominus Eugenius 4us preterea
potest dissolvere / hoc concilium generale / sine consensu
ipsius concilij / Et ei mixta dictum generale
concilium Constanciense et alia sic dicta ob-
diencie tenetur

Racione [illegible] est adducta / allegans
ipsius cum istud negocium sit facti et
stet in facto / quibus convincit impu-
gnatores respondent / in dicta racione /
1o quod dixerunt glose et doctores etc.
ut supra et infra sequitur / addu[illegible]

Racione cum vulgatissima sit minime
negandum erat racionale / et deductis
multis allegacionibus / et dictis sanctorum conclu-
dunt / Equivalenter ergo nomine digni-
tatis ac potestatis pape in scriptis inveniuntur
ad perficiendum quosque habet et sunt
generales ecclesias referendum est / non supra
totalem ecclesiam / ita ut quoniam papa est
ecclesie / quod tota ecclesia pape obedire
tenetur / Et si papa maior in ec-
clesia sit / non tamen maior quam tota ecclesia
sed illas tamen satisfactum est plenarie
in racione / dictis tractatibus facta / ac
per dominum cardinalem / et multos alios
ut patet tractatus eorum intuentibus

Sed si supra predictis omnibus pape cre-
dendum est / et eius determinacioni standum
credatur ergo determinacioni domini Martini
pape / sacro approbante concilio / et in qua

convenit eos predicte tres obedie
in concilia qui in bulla sua seu decreto
XV sessionis dicti sacri constanciensis concilii
post condempnatorem articulorum Johannis Wicleph
et Johannis Huss similiter interrogatoria or-
dinata que sint facienda suspectis
de heresi predictorum dicens Item utrum credat
quod illud quod sacrum concilium constanciense universalem
ecclesiam representans approbavit et
approbat in favorem fidei et ad salutem
animarum quod hoc sit a universis Christi fidelibus
est approbandum et tenendum et quod
condempnavit et condempnat esse fidei vel
bonis moribus contrarium hoc ab eisdem
esse pro condempnato credendum tenendum
et asserendum Et si determinacionem dicti
Martini predicte nolunt hii oppugnatores
adquiescere standum enim est saltem in-
nere eos confessioni ipsius Gabrielis
duplici qua fecit primo videt
quod fuit electus in papam juxta decretum
39 sessionis constanciensis concilii forma
juris electoribus in hunc modum In
nomine sancte et individue trinitatis
patris et filii et spiritus sancti Amen
Anno domini 1431 Ego Gabriel e-
lectus in papam omnipotenti deo cuius ec-
clesiam suo presidio regendam suscipio
et beato petro apostolorum principi corde
et ore profiteor quamdiu in hac fra-
gili vita constitutus fuero me firmiter
credere et tenere sanctam fidem catholicam
secundum tradiciones apostolorum generalium con-
ciliorum et aliorum sanctorum maxime
octo sacrorum conciliorum universalium videlicet
primi Niceni II Constantinopolitani
III Ephesini IIII Calcedonensis V et VI
Constantinopolitani VII item Niceni VIII quoque concilii
constanciensis necnon Lateranensis Lugdunensis
et Viennensis generalium conciliorum
et illam fidem usque ad unum apicem
immutilatam servare et usque ad animam
et ad sanguinem confirmare defen-
sare et predicare Ritum quoque sacrorum ca-

...tc utrum credat
...nerit et asserat
...li concilium generale
...ecclesiam constanciensem vices
...ios reputat et
...credat

thoricorum ecclesie canonum traditum
omnimode prosequi et observare
etc. Et si quis dixit non tamen
sub ista professione licet cadat
sub interrogatoria Martini
sacro approbante concilio constanciensi
predicta qui non credunt respon-
dent et procedunt contra eos ut
hereticos etc. Tamen isti impu-
gnatores arguunt quod dictum
fuit Eugenium id est dictam responsi-
one sinodali de ista professione
probatos quod concilium contrare non
posset Ideo eis potest opponi
et ob suum condempnet eos et la-
bia sua respondeat eis quod quia
per illud verbum dicte professionis
generalium conciliorum cadat
sub sacro Basiliensi concilio de-
clarante esse veritatem fidei Et
comprimet hoc quod tacitum est id est dictam
responsionem et multe dictis po-
suerint quod fide conveniunt etc. Re
confessioni qua fecit in XVI se-
u sessione qua revocans prima
pretensam dissolucionem adhesit sa-
cro concilio Basiliensi dixit De
consilio et assensu etc. nominat nominat
cardinales dominus et doctores
suus prefatum sacrum generale concilium
Basiliense a tempore predicte inchoa-
cionis sue legittime continuatum
fuisse et esse prosecucionem quod hinc
esse semper continuari ac prosecuturum
fore debere ad predicta et pertinencia
ad ea super inde ac si nulla
dissolucio facta fuisset Quinymo
predictam dissolucionem irritam et
inanem De consilio et assensu similiter
declarantes ipsum sacrum Basiliense
concilium pure simpliciter et cum
effectu ac omni devocione et fa-
vore prosequimur et prosequi inten-
dimus Attendendum quod hii

adhesio et confessio est et fuit
facta in 16a session(e) et quod Juli-
anus in prima session(e) insinuavit de-
cretum Constan(ciense) contra perturbatores
et in eadem sessione fecit decre-
tum contra perturbantes dicti concilii
quod dicitur decreto malignorum qua-
niobus ad. Si qui autem scienter
animo impediendi vel perturbandi
hoc sacrum generale concilium verbo
facto vel litteris palam vel occulte
impedimenta prestiterint prorroga-
cionibus vel dissolucionibus fieri pro-
curaverint | incurrent ultionem se-
li perpetrati facinoris congruentem
et contra eos tanquam communis pacis
perturbatores rigide procedetur.
Et attendendum insuper quod in 2a sessi-
one recitavit duas declaraciones
decretorum concilii Constan(ciensis) et aliis
suis decretis editis seu edendis
in futuris ordinavit et decre-
vit imo declarat quod ipsa sacra
Synodus in Spiritu sancto legittime con-
gregata | generale concilium faciens
et ecclesiam militantem representans
potestatem a Christo immediate habet
cui quilibet cuiuscumque status aut dignitatis
etiam si papalis existat | obedire
tenetur in hiis que pertinent ad
fidem et extirpacionem heresium ac
scismatis ac ad generalem reformacionem
ecclesie Dei in capite et in mem-
bris. Item declarat quod quicumque
cuiuscumque status vel dignitatis etiam
si papalis existat qui mandatis
statutis vel ordinacionibus aut
preceptis huius sacre Synodi et
cuiuscumque alterius concilii generalis
legittime congregati super premissis
vel ad ea pertinentibus factis vel
faciendis obedire contumaciter
contempserit nisi resipuerit condigne
penitencie subiciatur et debite puni-
atur etiam ad alia iuris remedia
et subsidia si opus fuerit recurrendo

premissis igitur et non nullis aliis con-
stanciensis concilii et post tunc capitulis sce-
nicis in primo huius sacre Synodi
Basiliensis session(e) recitatis decretis
attentis approbata Synodus Basil(iensis) de-
crevit et declaravit ipsa pro heresum
extirpacione et morum generali refor-
macione ecclesie in capite et in membris
pace et concordiam inter christianos pro-
curandam et quod eunte in spiritu sancto le-
gittime congregata | per nullum cuiusvis auc-
toritate etiam si papali prefulgeat | dis-
solvi aut ad aliud locum transferri
seu ad aliud tempus prorogari po-
tuit aut debuit | debet aut poterit
debebit aut poterit | nisi sine absque
eiusdem concilii Basiliensis delibera-
cione et consensu. De mo aut contra
attendendum in illa sessione ubi post-
modum eiusdem concilii Basiliensis et
infra dicetur | que omnia sunt per domi-
num Eugenium approbata | quod in
16a sessione in qua fecit dictam
confessionem | Similiter dicendum de generali
reformacione ecclesie in capite et in
membris | utrum intelligatur collective
vel distinctive | sic practicavit ipse
concilium Constanciense post recessum Johannis
sic Julianus et Palomar | posuit
in decreto dicte 2e sessionis Basiliensis
concilii | sic dixit in dicta sua
Synodali | quod omnia veniunt sub illis
terminis | quia quicquid est in ecclesia aut
concernit fidem | aut mores | sic decla-
ravit Martinus in dicta bulla et
interrogatoriis si aut salute anime
saltem intelligatur | prout ipse met
dominus Eugenius practicavit cum
in dicta sua adhesione ut patet in 16a
predicta session(e) renovavit | contra tres
bullas suas | omnes processus suas
et contra supportata sacri concilii et adhe-
rentes eidem non fuisset legittime
citati | de cuius legittima citacione
debebat cognoscere sacrum concilium
Dicitur enim sic in dicta adhesione

sed quia in xvi^a sessione / predicta
renovavit contra tres bullas su-
as omnes processus suos etc. / quia
supposita sacri concilii vel adheren-
tes eidem non fuissent legittime ci-
tati / De qua ultima citatione here-
tici cognoscere sacrum concilium / Dica-
tur sic in dicta adhesione / Unde par-
tim ultima citatio et defensio sta-
bit in iudicio ipsius sacri concilii. Et vi-
detur quod sic in hiis que non sunt
fidei / vel heresis extirpatione / vel
scismatis ipse se subiecit iudicio
concilii / sed non est generalis refor-
matione ecclesie generale / in capite / et
in membris / et sequitur / in dicta re-
vocatione et adhesione / processus ac
deinceps cum anomitatibus et censu-
ris seu preiudiciis inferendis contra
sacro concilio vel suppositis eius
et adherentibus eidem realiter cum
effectu desistemus
Ex hiis constat se esse doctrina sit
vitanda / Unde apostolus ad Ro. xvi^o
Rogo vos fratres / ut observetis eos
qui dissensiones et offendicula preter
doctrinam / quam vos didicistis fa-
ciunt et declinate ab ipsis / Isti enim
domino sic compertus fuerunt [?]

pugiles et deffensores
Certi et erectores
Invicti et protectores
Candidi et lustratores
Fideles predicatores
Catholici propugnatores
Fidei disputatores
Unionis zelatores
Hereticorum malleatores
Domini cultores
olim fuerunt / sunt

Subversi et subversores
Aversi et aversores
Perversi et perversores
Corrupti et corruptores
Seducti et seductores
Scismatici et scismatizatores [?]
Apostate et infectores
Falsidici et deceptores
Divisi et divisores
Pacis impugnatores
Zizanie seminatores
Obsecro ergo vos hortatu
[illegible] ut ad ipsum [?]
Si quis enim venit ad vos et
doctrinam Christi non affert / secundum
istud Iohannis nolite recipere // non facit
eum in domum / nec ave dixeritis
Qui enim dixerit ei Ave / communicat
operibus eius malignis. Hec ille
Io. in ii sua canonica
Obsecro vos / horum fugate
dogmata / ne sint in vobis scisma-
ta / Nolite enim iugum ducere
cum infidelibus / 2^e Cor. vi^o
Que enim participatio iustitie cum
iniquitate istorum / aut que
societas lucis / cum / ad te-
nebras istorum / Que autem conventio
Christi / ut est via / ad Belial sive
est istorum / et que pars fidelis
sic est verum est / cum infideli
utroque istorum / et apostolus ad Thimotheum
1^e et 2^o dicebat / prophana
et vaniloquia devita / multum
sunt istorum sit deductio est /
multum enim proficiunt ad impietatem
et subvertunt quorundam fidem / et
hoc de primo
Secundum principale / circa quod consideratur
istorum intentio / iuxta tenorem
decretorum statutum / est ad extollendum

Gabrielem iustificandum contra eius
pravitatem. De hiis dicitur actuum
20 Scio quod intrabunt in vos
lupi rapaces non parcentes
gregi loquentes perversa ut abdu-
cant discipulos post se. Et quia
Christus avisat attendite a falsis
prophetis qui veniunt in vestimentis
ovium intrinsecus autem sunt lu-
pi rapaces et a fructibus eorum
cognoscetis eos. Ideo apostolus dicit
et ego eundem ipso obsecro vos fra-
tres ut observetis etc. Contra istos
secundum ipsum Julianum et patrem co-
natur facere tria. Primum iustifi-
care ipsum contra de criminibus propter
que est depositus. 2m iustificare
eum contra suam dissolutionem co-
ncilii Basiliensis. 3m magnificare redu-
ctionem Grecorum Armenorum et Ja-
cobitarum

De primo sciendum quod xvij sunt
crimina quibus ipse Gabriel Ca-
rorum iusto dei iudicio depo-
situs a sacrosancta Basiliensi sinodo quorum
maior opponuntur legi divine
et ewangelio scilicet quod est simoni-
acus periurus dilapidator no-
torius ecclesie scandalizator. Alia
opponuntur sacris canonibus scilicet quod
est inobediens mandatis et pre-
ceptis ecclesie assiduus vio-
lator et contemptor sacrorum cano-
num sinodalium inutilis et dam-
pnosus ad administracionem Romanam
pontificis. Alia contrariant omnis contrari-
tiam sunt que contrariant heresim et sci-
sma scilicet quod est pacis et unitatis
contemptor scismaticus a fide devius
hereticus. Alia contrariant omnis contuma-
ciam et rebellionem scilicet quod est contumax
rebellis contumax incorrigibilis
ista in processu prehabito latius
sunt probata. Tamen licet iudex

qui condempnat aliquem non tenetur
divulgare attestaciones ut dicta te-
stium et similia contra 1e q. 3a. Debemus
esse parati reddere racionem omni poscenti
de hiis que in nobis est fide a for-
tiori de aliis. Pro hiis et similibus
impugnantibus dictam ecclesiam synodum
sunt facti multi tractatus quos huc inse-
rere esset prolixum non volentes
sed horum conparaciones remittuntur ad
illos specialiter ad tractatum materia-
tiarum ad illum de iustificacione sine
intitulatum ad illum de explanacione trium
veritatum fidei sed quia isti actores
specialiter nituntur excusare eum de periurio
de heresi et de alienacione patrimo-
nii ecclesie. Ideo circa ista aliud est
dicendum et specialiter de periurio notorio
de quo Julianus magnum tractatum facit
de notorio

Sciendum quod post mortem domini Martini
quando cardinales intraverunt conclave
concordarunt inter se et capitula indi-
cantes illa esse utilia ecclesie que
iuraverunt unusquisque se servaturum si
contingeret eum eligi in papam

Et Romanam ecclesiam in capite
et in membris reformaret si iste p^m
fecit qui ipsam reformacionem impu-
gnat. Item Romanam curiam non
educeret de urbe nec sufferret de 2^m
loco in locum sine consensu cardina-
lium. Si iste servavit. Unde sola sine
aliquo cardinali exivit urbem /iret
2 quod tantum mansit Senis, sunt Florencie
mansit Bononie etc. Item tunc Dicat^2 fenuit
de consilio cardinalium, primo
contradicentibus cardinalibus etc. quod
fuit extra urbem. Item generale con- 3^m
cilium faceret celebrari iuxta decreta
constanciensis concilii solempniter. De isto ex-
periencia est. Item non traheret car- 4^t
dinales ad sine formam et ordi-
nacionem sacri concilii constanciensis si cavit
adhuc vivit vivunt. Item non 5^t

apponeret manum / vel per quempiam
apponi permitteret / in personas vel in
bona / Cardinalium aut aliquid mu-
taret in suo statu et provisione /
¶ De hiis iam satis constat / in actis co-
ram Rota super querela domini Firmani / et experi-
encia docet de Cardinali de Colum-
na / nepote domini Martini
¶ Item non occuparet vel occupari per-
mitteret / bona Cardinalium / et aliorum
Cortisanorum in curia decedentium
propter isto introgerit / familiares et con-
sanguinei domini ~~Cardinalis~~ Car-
dinalis de Ursinis / et sic fuit / iam quia
decessit quidam cortisanus / Item
feudatarios regnorum civitatum
capitaneos gubernatores castella-
nos / ac omnes et singulos officiales
terrarum ecclesie / faceret iurare in eorum
institutione obedientiam / Martinus re-
cuperaverat totum patrimonium / et
pacifice possidebat / Dicit Iulianus
hoc tirannice nunc est occupatum / si
olim Eugenius fecisset hunc
actum / non occupasset / vel si Martinus
fuit de manibus tirannorum ~~fuit~~ facilius
potuisset custodire
¶ Item permitteret libere recipere et assignari
dominis Cardinalibus medietatem omnium
et singulorum censuum / iurium reddi-
tuum proventuum et quorumcumque emolumentorum
Romane ecclesie / hec solus recepit / et
nichil sibi sufficit
¶ Item non daret aliquam terris ecclesie
Romane / in vicariatum feudum et
emphiteosim / sine assensu Cardinalium
salute Terracinam dedit Regi Ara-
gonum / et confirmavit sibi Regna scilicet
Hungarie / et Sicilie / pridie que
aliud / et vult regis ... et
Hispanie sine Ambaxiatores in ipsis
contrarium curia concedere aliorum
Regum Ambaxiatores / sed illi contra-
rie et Castelle non sustinent / sed po-
tius recesserunt
¶ Item non moveret guerram vel conside-
rationem

faceret / cum quibuscumque Rege / vel principe
temporali vel communitate / Si fecerit
confederationem cum comite Florentinis
et contra Renato Rege Sicilie / et Duce
Mediolani / pro primis et contra Rege
Aragonum / contra 3o / contra gesta temporis
/ Et nunc contrariam confede-
rationem cum Rege Aragonum
¶ Item non imponeret gabellas no-
vas sive exactiones alias / in
urbe Romana / vel in aliis terris
Romane ecclesie quibus sunt ab ur-
be predicto contra terrarum ecclesie de-
monstrat / si imposuit /
¶ Item non concederet alicui Regi vel
domino temporali / seu civitati / propter vel
contra libertatem ecclesiasticam exactionem
super clero vel aliis / sive bonis
ad ecclesias / et pia loca pertinen-
tibus / Concessit Regi Aragonum
de anno 1432 / ducenta milia
florenorum de camera / et de anno
1443 / quadringenta milia / concessit
tunc duci Mediolano / concessit
trina vice Regi Francie / con-
cessit semel Regi Castelle / concessit
pluries Venetis et Florentie / con-
cessit semel Senensi / et Ianuensi /
concessit et semper comiti
Duci Burgundie / et multis aliis
¶ Item nichil alienaret de iuribus
Romane ecclesie / vel alienata de iu-
ribus aliarum ecclesiarum / vel ecclesiarum
appareat / approbavit et confirmavit
omnia occupata per Venetos /
ac eisdem vendidit quascumque
voluerunt terras de patriarchatu /
¶ Item super omnibus et singulis predictis
et aliis in quibus consilium debere
Cardinalium requiritur promoti-
onibus ad prelaturas duntaxat
exceptis / in libro ~~alphabeti~~ apostolico
scribi faceret vota Cardinalium
consentientium / vel trium partium
in aliquibus servavit in aliquibus
non / et in confirmatione Regni
Sicilie / Renato / et postea Regi
Aragonum / et item Renato

ultima confirmatione celebrato conce-
ssorum misit / regi Francie / prout
confirmaverat / regi Aragonie
ut ipsi cardinales quod non crederet
consentiret tanto facinori
¶ Ista xv capitula iuravit / et
ipse Gabriel in ingressu concla-
vis / vovendo deo et sanctis eius
/ ac ecclesie sue sancte / quod si ipsum
eligerent se servaturum simpliciter / et
bona fide / et cum effectu adim-
plere / 2o similiter iuravit in die sue
electionis / coram suis electori-
bus in presentia s. cardinalium / tertio
similiter iuravit in 2o die post suam
coronationem in primo publico et
generali consistorio / Et quia non servavit
nunquam incurrit periurium / sicut hic est
periurus
¶ Sed quod de notorietate / certe
nescio possit esse maior quam de isto
periurio / Quia in die sui primi ge-
neralis consistorii / mandavit fieri
et tradi multas patentes litteras
bullatas / ad perpetuam rei memo-
riam / de tenore predictorum capitulorum
et forma dictorum trium iura-
mentorum / subalternatim quod predicta
capitula erant / pro confirmatione
status curie Romane / et ecclesie totius
/ Que littere sic bullate / fuerunt mi-
sse ad diversos mundi principes
occidentalis ecclesie / de una
quarum ista hic conscripta sunt transla-
ta / et fuerunt date dicte littere
Rome ad perpetuam rei memoriam
xo idus marcii sui pontificatus anno 1o
¶ Iulianus conclusit tractatum quem tunc
Eugenius misit a sessione per
ipsum / et palomarum / cum aliis ordi-
natum / in quo predictam causam continere
ta bonitatis / non restitit / sed plac-
cerat ipsum more legere / quia ibi con-
tinuantur omnia per eos ordinata

/ ipsi nunc impugnat / Et de pe-
riurio notorio / dicat sic / vere horum
capitulorum / Aliud quod nota represen-
tationem in tanto pastore dignum
est / quod iuramento in assumptione sua
ad apostolatus apicem / super certis ordina-
tionibus prestito / ac deinde per ipsius
assumptorem sub bulla sua sollempniter
confirmato minime servasse dicitur / Sed
quod dolent reverendissimi ut plurimis
asseritur / et fama publice laborat ipse
notorie transgressus est
¶ Et postquam locus occurrit / narrare si car-
dinales pro bono curie / ut asseritur
voluit corrigere abusum pape / et restitu-
ere eius potestatem in predictis / sacerdos qua-
liter non potuit sufficienter facere precipue
in hiis / que concernunt salutem animarum
¶ Super vero alienationem patrimonii in-
carandi tempore late sunt / nichil
penitus possidebat patrimonii / nec
in parte nec in urbe / et illam tenuit ad
petitionem communem / sed tamen quod fuit assump-
tus in papam / totum patrimonium habuit
pacificum / Et est magis mirandum
de sua tanta providentia / ut isti
impugnatores asserunt / quod Martinus
recuperasset de manibus tirannorum / ad
istud non potuit servare / et amisit
fere dicitur de toto patrimonio quod possi-
det
¶ Insuper excusatur eciam de fide / sed disso-
lutione et predicatione contra Basilien
inducendo detractionem veritatum
fidei catholice / licet Iulianus tamen in decretis
monitoriis / et epistolis / ac respo-
nsionibus / semper tetigerit / quod hoc concer-
nebat fidem / ut in predictis iam relatum
est / specialiter tamen in sua disputatione
diversis verbis / ~~dixit quod hec concernebat
fidem~~ / Dominus Sigismundus dixit / Iste
concernunt fidem que hic facimus quia
nos dicimus quod non potuit dissolvere

Ipse vero dicit contrarium videlicet quod hoc asserere est hereticum ut vidisti in bulla sua in qua multa heretica dicit. Item non oportet citare eum super adhesione sed super fide. Si quis reputat contrarium non [illegible] super papa ista via est fidei tenebrosa. Item est oblivioni tradenda cedula posita in palacio sancti petri [illegible] ante celebracionem concilii Basiliensis cuius tenor talis est.

Quod notorium sit toti christianitati quod a concilio constanciensi citra predicatoribus multis christianorum a fide exorbitavit medio heresitatis. Dictum quod a corpore militantis ecclesie membra precidantur [illegible] qui obviare satagat aut qui consolet [illegible] filiis quos genuit. Ideo domini serenissimi principes christianitatis

// Dolores

in[illegible] accipientes infrascriptas dirigunt et transmittunt principibus christianitatis [illegible] ut pro fide defendant visas dictatas et approbatas per eos excellentissimos tam sacre pagine quam iuris canonici quam civilis doctores qui in generali concilio celebrando iuxta decretum concilii constanciensis in proximo mense marcii quod omnes hoc contrarium asserente [illegible] sunt et responderunt defensare. Prima quod fides catholica adeo est [illegible] quod est omni homini offendenda et ob metum, favorem, amorem aut gratiam quorumcumque mortalis quarumque refulgeat dignitate non debet omittere. Secunda quod [illegible] ecclesiarum viri sed et seculares maxime principes quibus data est gladius ad faciendam vindictam in malefactores astricti sunt fidem christianam defensare aliter alienum a fide censendi sunt. Tercia quod sicut heresis [illegible] Arrii Sabellii Macedonii Nestorii et aliorum hereticorum per generalia concilia consufflate fuerunt, ita necesse est pro eradicatione heresis hussitarum concilium generale in marcio proximo inevitabiliter celebrari. Quarta conclusio. Quod celebracio concilii generalis sit medium necessarium extirpandi dictam heresim [illegible] Johannes Hus magister et [illegible] obnoxii est [illegible] sub pena peccati mortalis celebracionem concilii [illegible] dicto tempore. Quinta conclusio. Ubi papa vel cardinales desistant [illegible] aut velint impedire celebracionem concilii generalis, tunc dicto tempore fautores heresis sunt [illegible]. Sexta conclusio. Ubi papa in proximo mense marcii concilium generale per se vel aliud seu alios ab eo deputatos non incipiat, tunc presentes [illegible] in concilio iure divino sunt obnoxii ei obediant notorius christianitatis sub heresi et omnes christiani tenentur presentibus in concilio parere. Septima conclusio. Si appareat papam aut cardinales nolle commonere concilium vel impedire aut nolle venire cessante infirmitate vel capcione potestate absoluta concilio adeo heresis quia non promoventes vel impedientes aut non venientes tenebuntur procedere ad illius et illorum privacionem et deposicionem summarie et de plano et ad alias penas a iure statutas contra fautores heresis. Dicte conclusiones [illegible] est octava novembris anno 1430 [illegible] notario et testibus affigitur in valuis palacii duplici [illegible] ut sit nota [illegible] collegio et omnibus cardinalibus. Sequitur [illegible] in concilio explicabitur hic in ipsa cedula.

Super tribus veritatibus fidei ac et aliis quibus conclusionibus correlariis illarum est etiam tractata composita [illegible] et satis prolixa intitulata De explanacione trium veritatum fidei quod [illegible]

pre prolixitate hic non ponitur
sed in illo recepit satisfactio
istorum dubiis impugnatorum
et fortius. Certa si certa est
et ~~quod qui recepit~~ quod incepit
esse et quamdiu durabit fuisse
et esse et erunt ille fratres vita
tres fidei, nec potest certa esse aliter
quare remittitur ad illud. Iterum quod
fuit ipse sed hereticus immo re-
lapsus et prolapsus, ut amplius tolle-
randus ostenditur in tractatu
et in alio qui intitulatur ma-
thetica et alio intitulato Car-
tusienses, in quibus de necessitate sepa-
evidentissime deducitur et probatur.
Et ego addo quod est heresiarcha
non propter electionem quam fecit
de concilio contra concilium, ut ita dicam
altare contra altare, sed de nova
heresi fraticellorum favere in hoc mundo
De primo statu innocentie in hoc
mundo de ordine eorum, quia ipse prin-
cipalis defensor et protector
est huiusmodi errores qui nutriuntur
secrete ab aliquibus Venetiis
et puniunt inquisitores Vene-
tiarum qui procedunt contra eorum dif-
famatum de huiusmodi heresi, ac medi-
tamur magistrum Andream medi-
cum [illegible] prosecutorem huius-
[illegible] et scio quid loquor quia mul-
tos novi de huiusmodi errore su-
spectos

Iustificat 2o dissolucionem pretensam
allegando multa iura. Sed quantum
ad iura allegata iam superius
dictum est quod continet. Dixit am-
baxiatoribus tunc ipse glose
et doctores etc. Sed cum plene
respondi in responsionibus [illegible] tra-
ctatum et multo fortius per pa-
normitanum in suo consilio tractatum
quam etiam [illegible] rationibus et alle-
gationibus omnium universitatum

studiorum quibus ipsi impugnatores
non sufficiunt, sed et bonus frater Car-
tusiensis cum Cardinalibus sancte crucis et sancti Petri [illegible]
adhesione ipsius Gabrielis in respon-
sione sua dicit loquendo cardinalibus
eo quod recesserant a concilio. Et quia
continue corruisset et recessisset contra
concilium etc. Vult iam antica secta
reincipere quod papa sit supra concilium et
possit illud dissolvere quomodo ubi et
quando sibi placet sine ~~causa~~ eiusdem
concilii consensu. Allegatur antiqua in[illegible]
concilii [illegible] et tacentur interdum in conciliis gene-
rata potestatem apostolicam quod ponitur [illegible]
defensores et fiduciam contra quod papa
homo est et errare potest ut in pluribus
expertum est, et [illegible] ecclesia Romana
reformabitur in simonia [illegible]
[illegible] et in aliis quod pluribus distorta

Trahit ad graviam dissolucionem Senen-
sis concilii per Martinum factam, ut fecisset
fecisset Gabriel, quia Martinus illud
dissolvit ipso consenciente, sic et in
nominatione loci presentis concilio celebra-
ndo, ut patet per decretum Senensis insi-
tum in bulla Martini continuata
in prima sessione Basiliensis concilii.

Producit insuper quod ubi erat causa le-
gitima notoria et evidentissima papa
potuit dissolvere, deducendo multas
rationes, que per decretum ije sessionis
annichilantur, approbatum per adhesionem
ipsius tunc Eugenii in sua 16a sessi-
one. Sed propter hoc respondi ipso quod
illis rationibus quas dicunt notorias etc.
non fuit de necessitate. Gabrielis preda-
ipse in bulla pretensa 2e dissolucionis
datur bonie. De anno domini incar-
nationis 1431o, dic sic: Si et in-
quantum supradicti Basilee in ipso Basiliensi
concilio existentes vigore et auctoritate
dicti preteriti monitorii seu cita-
torii in aliquo procedendo aut

aliqua aliaz novitate quam nos aut
ceteri fratres nostri sancte Romane ecclesie car
dinales vel presidentes oratores aut
qui in dicto concilio fuerint vel alie quo
cumque illius imposterum mittendo vel etc
a die date presentis apostolici monitorii
forsitan fecerint continuando cuiusmodo
vel quomodolibet fundando tenore presencium auctoritate apostolica
et certa sciencia ac de plenitudine potestatis
unitate schismaticorum pro loco dicti concilii
transferendi convenit prout extunc et extunc
prout convenit anullamus et assignamus ac
etiam deputamus / Ecce quod plane constat
quod si non procederet tota causa vel car
dinales vel presidentes oratores etc non
dissolverunt seu transferebant / Et hoc idem
asserit in 2a conclusa sessione schismaticorum
dictorum / Ut illi a tam scandaloso processu
amoto resipiscant auctoritate apostolica trans
ferendi prout in literis super inde confectis
latius continetur remittens ad predicte
sancte unionis dissolucionis sive ut cessarent
a processu incepto etc

Secundo dicitur quod posito licet non sit verum
ut patet ex predictis quod predicte voces premissas
allegate essent de intencione sua quere
quis cognosceret de earum necessitate
notorietate et evidencia / Non ex
timo dicat aliquis quod ipse synodus
sancta qui que agitur nec dicet quod isti
duo conspiratores dupliciter suspecti
1o / quia ipsi non timentes deum contra
iuramentum per eos prestitum in
eorum incorporacione et alios
aut convictos induxerunt alios per eos
dicta et allegata / 2o quia ut obstinati
in eorum malicia contra determinacionem
omnium universitatum studiorum luciferina
superbia elati solos existimantes
de se quod de omnibus aliis per verba
credo et argumentando ab auctoritate ne
gative / et visum est mihi et apparet
constituunt se iudices fundantes suam
sententiam in facto ut dicetur inferius

Tercio quia si isti duo iudicarent
sicut fieret sicut iniuria ecclesie

pro qua in xpo cum Jacob Gen.
49o / optabat ne essent iudices
dum dixit / Symeon et Levi va
sa iniquitatis bellancia in iudi
cium eorum non veniat anima mea
in synodum ea que contra sunt fidei di
cta ecclesie / Ex qua littera vinit etc
Nicolaus presbiter doctissimus quod per
Symeonem intelligitur phariseorum
tumens / per Levi / levitarum et
sacerdotum cetus / Salomonis fuit
quasi neophitus eis erat de pro
genie viperarum / pater primus et
ipse nullum [illegible] fuit in natura [illegible]
[illegible] [illegible] valencie et quia
quasi [illegible] nimirum sed quasi est re
trorsum / et multo intelligitur
per Symeonem / sed quod hic appli
cacio fuit sibi facta et de eo per
dominum Clementem patriarcham Ale
xandrinum et administratorem Bar
chinonensem / sub bona fide decipe
[illegible] i prout sanctum dece
[illegible] et dixit sibi / non permittam
iudices in negocio isto quod Sy
meon est et non mirer de te me
velle iudicando decipe quia presb
ytere tradidit morti filium dei / Ju
lianus hic significatur per Levi qui
levita erat diaconus cardinalis
sancti Angeli / et misso titulo diaco
natus factus presbiter cardinalis
recessit a unitate sacri concilii
in quo spiritus sanctus presidet et sic
a spiritu sancto / et recessit spiritus sanctus
ab eo et sic quid restat nisi quod
ut dicitur de Saul / postquam spiritus
domini recessit a Saul agitavit
eum spiritus [illegible] nequam / 1 Regum
16o. De isto videtur dixisse [illegible]
[illegible]. De isto videtur [illegible]
in libro de concordia utriusque
testamenti quod erit quidam ma
gnus in dignitate Julianus nomine
qui ex contrario Juliano apo
state debet apostatare a
veritate fidei et alter Julianus

Apostata publicatur et digne cum tamen
prosequeretur ecclesiam dei / et sic non debet
iudicare nec esse iudicans / Quis
ergo iudicabit Gabriel tunc Eu-
genius in sua professione quam
fecit in 16a sessione ut praedixi
quod de liminare statuta et defen-
sionis statuere per eundem supposite
et adherentibus sacro generali indica-
ret et consisteret ipsius sacri generalis
Basiliensis / Est vere alter iudex esse non
potest / Nec potest dici praeter sententiam Iuliani
in principio sive disputationis dicentem
quod materia dissolutionis / Causa
que in presenti agitur non est inter
papam et patres de qua ac singulari
quod inter se suo aut commodo pri-
vato sed inter statum matris ecclesie
et ipsius papae super auctoritate et hono-
re ipsius ecclesie videtur propositum
a dictis et exequendis decretis
sacrorum generalium quam magnum
sacratissimi generalis consilii / Nec potest
dici quod generale sit papa ut faciat
scisma ut probavit Iulianus contra
principium ipsius Complete cogitati
per duo extra que dicebatur ab o-
ratoribus tunc papae non sit scissa
in corpore / Et idem Iulianus in fine
secunde compositionis sive disputationis
dicit / Concilium non facit scisma
quia generale est ubi ecclesia et ecclesia
ubi generale id quod tamen reputatur scis-
mata est qui a corpore et ecclesia
vult se alienare / Et idem di-
cit quod patres sacri generalis primum
primitus consistit. idem dicebat ora-
tores tunc Eugenii super prima
dissolutione et specialiter signabat
de domino duce mediolani et
priorum confederatorum Et in fine
respondetur Iuliano quod tunc
super eodem ipse respondit

dicens oratoribus in 2a compositione sive
disputationis Quando incorporatus
in generali sacro iurat esse fideliter
et diligenter laborare pro honore sacri
generalis / Non dicat dux mediolani et
dare sanum et salubre consilium secundum
deum et conscientias suas Ideo est igitur veri-
simile quod aliquis sit minor anime
sue esset de periurio et quod suspicio tollitur
et cessat per iuramentum etc. / Et in
ipsa visione cogitati dicebatur Ipse
spiritus sanctus stabit medius iudex
et arbiter quid agendum sit videlicet
plane spiritus sanctus in cuius nomine congrega-
ta est Ipse erit dux et rector generalis
consilia illuminans corda / Si dicit
quod non est generale non debet sibi cre-
di soli credi contra esse universitates
studiorum determinent contrarium Primo et
et sancti Iuliani institiati ministerie
tres quia plures non sunt et univer-
sitatum studiorum / et maxime Wiennen-
sium in generali ultra dato tamen Regi Romanorum
de mense Madii proximo preteriti quod domino
Salczburgensi archiepiscopo dicit in 20
articulo sui generalis / Unde [illegible]
que in facto vero similiora sunt [illegible]
nostre positus generalis basiliensis non domini esse
dissolutum si vester modo sanctissime continua-
tum Domini vero theologi vero artistae
de universitate Wiennensi in fine sui
consilii de eodem mense dati Regi Romanorum dicunt
Pro omnibus videtur quod ipsius basiliensis generale
sit veritate prosequendum et augendum
ac protegendum decelerandum ad consolationem
ecclesie dei et pacem ac finalem ex-
peditionem predictorum / Si tamen a
domino sacro basiliensi generali obtineri non
potest / Ita quod singula fiant auctore
pontificali consilii non obstante contradictione
eius [illegible] / Ex his [illegible] que [illegible]
[illegible] pronunciatio generali non

dum lumen est dissolutum fuit in suo ro-
bore et ante lumen congregatum et
continuatum huc usque perseverat et subsi-
stit. Attento ergo quod tota ecclesia re-
cognovit legittime congregatum et
adhuc eius legittima dissolutio non
pateat autenticet et qualificet. Sed
postremo isti impugnatores videntes
in dictis concilii non penale allegat
voluntate ipsius concilii detractores que
cum sit longa non narratur sed remittitur
ad tractatum domini Panormitani super
hoc editum. Et quod quamvis sit iuris tamen
in facto fuit falsum et falsificatum
et false bullatum cum reverentiis
[illegible] primo pro presidente in concilio
[illegible] pro ipso tunc Eugenio ac Panormi-
tano archiepiscopo et Burgensi episcopo [illegible]
de quorum consensu fuerat commissum et super
quibus fuerat concordatum quod si deberet
bullari sine iudicio suo quod bullaretur
qui iudicaverunt concorditer non debere
bullari, sed decretum nominacionis abo-
minis et litteras et instructiones ac a-
lia ordinata per concilium infamiores
decretum nominacionis simonie contra quod
sacrum concilium commiserat clamans ca-
pse ubi servabat eiusdem pluralitati
dominis episcopo Lubicensi regis Romanorum
et pro natione Germanica Lugdunensi
regis regis Francie et pro natione Gal-
licana Panormitano archiepiscopo regis
Aragonum et pro natione Italica
Burgensi episcopo regis Castelle am-
baxiatoribus et pro natione Hispani-
ca. Et isti testificaverunt quod numquam
bullasset. Sed quia dominus Julianus
presidens servabat decretum capsam in
quadam camera sue habitationis
et dixit illam violatam reperisse
fuerunt dati deputati ad inquirendum
etc. Et ipsis Juliano et Tarentino
presidentibus pro tunc Eugenio

Decretum de [illegible] | et fusticatum | decretum sine | dando super | narratione | sicut nominis | detractores (margin note)

complicibus et consentientibus ac domino
Juliano in generali congregatione concu-
dente, post fuerunt capti inventor
Zacharias qui post modicum liberatur
dominus Foucherius episcopus aurifaber
iudicis complicium qui liberaverunt
Bohemi et attestato domino Ta-
rentino qui voluit differre propter
dignitatem cardinalem in domo sue
habitationis proprio ore confessi fuerunt decretum
capsam violasse ac decretum decre-
tendendum in verbis / De qua-
cumque questione iuris vel facti / non
dicit fidei / non dicit pro ex-
tirpacione scismatis / vel generalis
reformacionis ecclesie in capite et
in membris / vel collectione vel di-
stribucione / sic subtilizat palo-
mar / Item super verbo sive aliquo
quocumque impedimento &c. / quoniam
facere concilium fuit per ipsum tunc
Eugenium impeditum et inter-
ceptum / Item super verbo sinodaliter
terminare et diffinire / non dicit ipsi
quod concilium est super papam &c. ubi sit
pars erit iudex contra dictam / exor-
ta inter ipsum concilium basiliense et d. n.
papam &c.
Tenorem cum isti Julianus et pa-
lomar asserunt concilium
Et aut optatus consequatur finis re-
sistit alternationem et sequitur 2
si quod absit d. n. summus pontifex
aut ipsum facere concilium infra tempus pre-
dictum s. 6 mensium et 17 dierum
contra penas sentencias et censu-
ras &c. contra se invicem / sic fecit

incorporatos sive aut eis ad
herentes resistunt seu alios quoslibet
occasione huiusmodi dissidiorum fulmina
uit quotulerit decreuit aut quomodolibet
innouauit / sit concilium deponere
2 electionem / Et quoque fuit in con
tinuacione conciliorum et hinc
inde multarum declaratione scismati
corum etc. / quod illi aut ille in
regnis et dominijs quorumcumque do
minorum inibi non suscipientur
Nota / aut aliqualiter accepta
buntur et hec donec quod in omnibus
sit tenendum sunt quoque ipsum ibi co
cilium declaratum diffinitum seu or
dinatum / Adhuc / huiusmodi concili
um fuit / Si ergo Reges et princi
pes sint vel isti impugnatores
assunt / quod dicunt hijs premissis da
tum operam quod huiusmodi diffinitioni
declarationi et ordinacioni omni
no adquiescatur / Et sic adhuc
laborat adhuc hodie ipsi Re
ges et principes scilicet vt teneant co
cilium indubitatum et translatum
nunc concilij basiliensis aucte ipsa
secundum hunc concilium eis datum
per nominem et numine fien
da / Nunc directius et protesta
mur nobis quibus super quod processus
edicta, mandata censuras seu ~~se~~
~~ntencias~~ quorum effectum hinc
inde et quod eosdem aut subdi
yq° tos suos quos / Nota hic inde
Nota quomodo / quod vbi omnia sit
digna nota / fulminandas et
fulminandas vel fulminanda re
cipi acceptabunt aut illis aliqualiter
assencient / quod non obediunt / da
do operam quod prefati dominum nostrum in
omnibus premissis suos suos omnino
in suspenso teneant usque ad super
dei veniri aut generalis concilij di
scussione / Ista suspensio non intel
ligitur de concilio basiliensis quia sequitur
Ita tamen quod decretis sacri concilij

basiliensis per prelatos duos nunc aut
eorum duorum nunc nomine quidem ac
ceptatis seu acceptandis aut processibus
eorundem occasione emanatis aut ema
nandis nullatenus derogetur / Postea
clarissime ipsos Julianum et palomar
mentitur /
Quarta etc. / permittunt mittere prelatos 4
et viros ~~[illegible]~~ [liueratos] devotos reli
giosos et qualitercumque omnes qui de iure
et consuetudine ad concilia generalia vocari co
nsueuerunt vtque in ibi tractandis consultos

Et ne passim et indistincte omnes in 5
eodem concilio recipiant / Si illi dubitat
qui habiles sunt sint sua moribus
et etate / Sic est ita modicum precedenti
in eodem concilio in sui ibi exordio
aliqua insurgat difficultas sive inter
pretes ibi congregatos dignitates preceteris
absentibus etc. / precedat etc. in concilio
basiliensi in actibus conciliaribus / Preterea
aut aduenientibus omnino super huiusmodi
modis precedendi locum habeat prouisio
que in decreto compactatorum sub
eisdem continetur / Nota si approbant
hic vocatione ipse facta de concilio
Nota si reprobant decretum falsi
ficatum / Nota si volunt sic et sunt
compactata inter concilium basiliensis et ipsos
grecos / Nota si existit Julianus
et palomar sunt mediatores
In 6o. permittunt dare operam quod 6
peracie indulgenciarum quitantur
ad illud ipsum presentem que concessa
sunt / In 10 permittunt dare con 7
silium salum conductum in forma per
omnes reges et principes quos
decet /
Nouissimo vero etc. / Si contingat quod 8
hos auctat vestram scilicet d. n. personam
sive preces sacri concilij basiliensis / aut
utrorumque supremos anotare / anisciunt

et requisicionibus tam justis et
racionabilibus assentire / omittatque
in omnem eventum ad aliquem tunc
locorum pro celebrando concilio
sive generali consilio condescendere igitur
sic fecit tunc Eugenius / Unde nostri
reges et principes spem dabunt
ad effectum quod illi peccatores desistendo
aut contrario illius qui voluit dis-
sidio consenserit aut consentiunt orrorem
adherere / interim differunt / non dicat
obediat Gabrieli qui noluit
condescendere / Et nichilominus etc. / Si op-
rex Romanorum cum aliis providebit
de remedio opportuno utens officio
advocatus etc.

Protestantur et faciunt protestaciones
quod per hec capitula non intendunt
in per hec sedis apostolice aut generalium conciliorum
sedis apostolice aut generalium conciliorum
auctoritatibus honoribus seu reverenciis
in aliquo derogare seu aliquid jus
de novo dominis suis adquirere quia
hec faciunt pro pace et vitando
scismate imminente /

Decimum habuit colloquium cum de-
putatis sacri concilii ipsius concilii de-
putacioni ipsius oratoribus inte-
ressentibus et vocatis / erat
contenti de predictis certis condicionibus
observatis pro auctoritate conciliorum et
que eciam approbantur ab ipsis orato-
ribus / Et addito quod eo quod in illo ca-
pitulo 2° cedule / unde frustra no-
minatio fienda per sacrum concilium de aliquo
loco peccatore / Quia nichilominus dominus
tunc Eugenius possit aliud nominare
ad quem sacrum concilium se transfer-
ret 10 / Dixerunt quod ipsa vel concilium pro-
nominaret et sacrum concilium se transfer-
ret illuc / Si autem sacrum concilium
nominaret 1° / ipsa non acceptaret illud
et nominaret aliud / ad quem concilium
se transferre haberet / et nunc preter

sacri concilii favorabiliter in illo tem-
taret immo incurreret ingra-
titudinem illius loci quod propter non no-
minatorum et visum fuit justum ipsis
oratoribus / sed dicebat non habere
potestatem nec commissionem nec volun-
tatem aliorum qui predicta capitula
cum eisdem concordaverunt / Consen-
tamus igitur hanc cedulam continen-
tem protestatorem per humilem et
supplicatorem afferentes insuper
non desistere a laboribus inceptis
Gabriel autem tunc totaliter refu-
tavit huius conmalo quia dice-
batur congregacionibus Francorum et
Florencie etc. / hiis omnibus sacrum concilium
facit vocem incipientem / Audiat
contra karitas / De dato 13° die
junij 1439 / Et sic similiter fa-
ctum est de copia peticionis regis
Romanorum expedito de anno 14-
32 / cui concilium condescendit per re-
sponsionem bullatam de dato / 20
nonas octobris 1432 incipit
peticionem vestram / et quam peticionem
Federici etc. ipse Gabriel nedum refu-
tavit sed reprobavit immo et ipsum
regem et ipsos electores
ut patet in vive sua dato Florencie
10 / decembris / 1432 / que incipit
desiderium etc. de 3° prius similiter
hoc igitur pilliam et palomar
nequiciam et iniquitatem spiritu
prophetico previdens David nomine
sacri concilii bas orabat ad deum
dicens / Eripe me domine ab homine
malo Johanne Palomar a domino
nomine etc. de viro iniquo Juliano
eripe me / Qui cogitaverunt
iniquitates in corde suo tota
die constituebant prelia / Acuerunt
labia sua sicut serpentes venenum
aspidum sub labiis eorum / Disperde
illos in virtute tua / et depone
eos protector meus domine

Sed aliquis forte me teme-
rarium iudicabit ex hiis que
dixi / Ego vero palladius respo-
deo illi sicut dicit hylarius in
tractatu de synodis que fecit contra
Constancium imperatorem hereticum
libro 1º sic incipiente / Tempus
est loquendi quia iam preteriit tempus
tacendi / Christus expectetur quia
obtinuit antichristus / Clamet pasto-
res quia mercenarii fugerunt
ponamus animas pro ovibus quia
fures introierunt / Iam dyabolus
ut leo circuit querens quem devo-
ret / Facte diffidencie signum
est non modestie / Ego vero indignis
enim pericli est semper tacuisse quam
numquam / Et sequitur / Non est istud
temeritas sed fides non inconsidera-
cio sed racio / non furor sed fiducia
proclamo tibi Constanti / et
ego tibi Iuliane / ait hylarius /
quod Neroni locutus fuissem si vi-
xisset / quod ex me decius et ma-
ximianus imperatores audirent
contra deum pugnas / contra
ecclesiam sevis sanctos persequeris / pre-
dicatores christi odis / religionem
tollis / Tirannus non iam humanorum
sed divinorum christianum testimonium
sed christi ut nominis hostis es
Antichristi precursor et archanorum
misteria eius operaris / Confi-
dis de fide contra fidem vivens
doctor a prophanis es / indoctos
apis / preceptor tuos ad errorem
educis / dispositionis quocumque facis
et acti statuis fidem ad impieta-
tem compellis / Non suscepit
mediacionem veritas / nec patitur re-
ligio impietatem / christianum te
loquens / sed iam non sis ipse te-
stabis / nec confessioni tue gesta
conveniunt / hec hylarius ubi supra
Vobis autem patres honorandissimi ita
remitto pro avisamento eorum que
sunt in facto si que sint / corrigenda
limanda et emendanda / Sacerdotes
ad vos veri viri Marcus bonifilii
theologie et Iohannes de balkamotz de-
cretorum doctores ipsius sacri gene-
ralis concilii et oratores de partibus omnibus
sunt / et vos hec litteras seu epistolas et tractatibus
allegatis communicatum et melius
explicatum / Ego et presentes in predictis
obsecro vos ut hanc tetralogiam ?in-
liam et palomar aborreatis / ut
omnes dicatis / Obsecro vos
ut ipsum omnes dicatis / ne sint
eorum fugate dogmata / ne sint
in vobis scismata / ut sic ambu-
lemus omnes unanimes in domo
domini sed ecclesia militanti sic per graciam
et triumphanti per gloriam Amen

In nomine domini nostri ihesu xpi qui est via veritas et vita et fructus vite

Reuerendissimo in xpo patri domino Sbigneo Epo Cracouien Alme vniuersitatis
studij Cracouien Cancellario dignissimo Rector Doctores et magistri vniuersitatis
eiusdem Deuotas in domino oraciones. Deliberantibus nobis quid super instanti requi-
sicione Clarissimorum virorum videlicet magistri Domsily sacre pagine Stanislai
de Sobnyow ppti tridey et Cantoris Cracouien in artibus liberalibus magistrorum
Derslai de Borzimow decretorum doctoris Archidiaconi Cracouien et nobilis
Wilhelmi de Barma sacrosancte generalis synodi Basilien in spiritu sancto
legitime congregate vniuersalem ecclesiam representantis et sanctissimi domini Felicis
pape quinti oratorum et nunciorum per organum dicti magistri Marci facta responsu-
rimus vim illud propheticum Errauerunt ab utero locuti sunt falsa In primis
nostre consideracioni occurrit Et quid est secundum doctores duobus modis exponitur
aliquos errare ab utero sancte matris ecclesie que sola ~~gemitas~~ [genitos] regenerat ad vi-
tam et ita demum prolabi ad falsa, aut quia nec concipiuntur in utero eius,
nec nascuntur ex eo per fidei suscepcionem, aut si fidei sacramentum susceperunt scele-
stis tamen operibus degeneres effecti ab vnitate ipsius diuiduntur. Quemadmodum
enim carnalis ~~mr~~ [mater] in carnali sobole certas vicissitudines obseruat et tempora
Cum puer primo in utero nascitur et alitur demum in lucem hac vite presentis
emissus, matris manibus ut crescat gestatur ut tandem ablactatus ad mensam
patris accedat, solidiore nutriendus cibo. In hunc quoque morem quos sancta
educat ecclesia prius quasi in eius utero concipiuntur dum rudimenta fidei christiane
suscipiunt in cathecismo et exorcismo Et demum per baptismum et aliorum
sacramentorum percepcionem, quasi ad lucem iam in eis formata virtute generantur
tandem quasi manibus baiulantur ecclesie et lacte nutriuntur dum simpliciori
et faciliori doctrina imbuuntur, donec a lacte simplicis sensus abstracti acce-
dunt ad mensam patris, ut sic valido et grandium cibo vescantur, pane videlicet
angelorum ex quo siquis manducauerit viuet in eternum. Erudiantur que cibo sane
doctrine ne oberrare videantur ab utero matris sue et ad falsa prolabi deser-
to tramite veritatis, que iuxta sentenciam beati Gregorii in moralibus et ponitur rba
2 & q 1 Quia de sola katholica ecclesia conspicitur, ideo merito falsa loqui dicitur quisquis
qui ab eius utero errat et alienatur Et nedum errare quis ab utero
falsa loquendo dicitur, sed et ubi necessitatis emergit articulus in quo fidem
expresse confiteri oporteat si [agitur] quecunque veritas ipsa silencio ottoe cum in erro-
rem qui erudiri ~~poterant~~ [poterunt] pertrahuntur Unde Gregorius in libro sui pastoralis Sicut
incauta locucio in errorem pertrahit ita indiscretum silencium eos qui
erudiri poterant in errore derelinquit Veritas quippe pretermitti non dicitur
quando aliqua res vera tacetur sed quando veritati illius iudicium preiudicium generatur
quod quidem accidere potest vel ex doctrina contraria vel ex aliorum taciturnitate inquit
beatus Thomas in scripto quarti dist xxxviij in solucione articuli 2 questionis
illius vtrum veritas propter scandala ~~sit~~ [sit] dimittenda Vtroque enim casu ipsi
veritati derogatur et insipientes et debiles scandalizantur quorum utrumque
in morte edificat ad gehennam Ne igitur pater reuerendissime requisicionem a
nobis factam pretermittere videamur silencio sic quod errare ab utero quod ab-
sit matris ecclesie, cum parati esse debemus racionem reddere omni poscenti de ea que
in nobis est fide Censuimus postulantibus morem gerere ut edificacionis
professe veritatem contra auctoritatem vniuersalis ecclesie et Concilii generalis ipsam representantis

quasi

sacramentorum

katholica

repntantis et electorum nomine summi pontificis presente quanti ut appareat quid et
nos ipsi de hiis sentire videamur. quantus immixti inobliquabili fundamento | stabili et
quid de consequentibus sentiendum sit cunctis in ipsum dominum credentibus liquida
ratione ostendamus Sed antequam descendamus mare in navibus facientes operationem in aquis multis de navicula per invocandus est nobis primo pater omnium | loquendi
qui ipsam ecclesiam de qua nobis oritur filio suo per incarnationis misterium copulavit invocandus est nobis et christus dominus sponsus eius qui semper usque ad
fine seculi polliceatur esse se mansurum Invocandus est et ipse spiritus sanctus qui
ipsam docet omnem veritatem quantus ipso inspirante non aliud quam ut ipse efflagitat ex scripturis sanctis hiis ipsis rebus de quibus agetur est verum testimonium proferamus
Ut autem distinctius determinatius ve prosequamur propositum, cum de ecclesia
nunc est nobis sermo hendus opus est distinguere ecclesiam in membra et in
partes suas que a sanctis posite sunt et distincte Sed cum hec divisio ecclesie
apud tractatores catholicos notissima est censuimus pro compendio dimittere Non est itaque nobis sermo habendus de ecclesia materiali de qua dicebat
propheta In ecclesiis benedicam te domine Et i. Cor. xi. Nunquid non habetis domos
ad manducandum aut ecclesiam dei contempnitis, sed potius de spirituali non
malignantium. De qua scriptum est Odivi ecclesiam malignantium que corpus
est sathane, et ipse eius caput iuxta sententiam Gregorii li. xix moralium ca. vi Quam
beatus Augustinus in processu libri de civitate dei vocat civitatem mundi Sed
de ecclesia spirituali fidelium que est domus dei de qua dictum est ore prophetico
Domine dilexi decorem domus tue et non potius sed de ecclesia videlicet non quod
de ecclesia predestinatorum que est multitudo omnium salvatorum et salvandorum
de qua dicit beatus Augustinus super Jo. Que autem peperit Abel Noe et Enoch et
Habraam ipsa peperit et Moysen et prophetas tempore posteriores ante adventum
domini et que istos ipsa et apostolos et martires et omnes bonos christianos Omnes enim
peperit qui diversis temporibus nati apparuit sed societate unius populi continentur
et eiusdem civitatis cives labores huius peregrinacionis experti sunt et quidam
eorum nunc experiuntur et usque in finem ceteri experientur ponitur in xxx q. iii. /recurrat Sed de ecclesia videlicet militante via vel repntativa vera ecclesia
que est congregatio omnium christianorum continens in se omnes fideles bonos et
malos que virginibus prudentibus et fatuis comparatur, et sagene misse in
mare, et hec est multitudo omnium baptizatorum credulitatem fidei habentium et communionem in sacramentis, cuius ecclesie confessio in simbolo continetur
ibi sanctam ecclesiam katholicam Repntativa vero que est vel esse solet
in concilio generali in spiritu sancto legittime congregato ipsam representante
Sed cum non sit propositi hec disserere antequam ad alia procedatur inquirendum est de essencia ecclesie spiritualis militantis quid sit ut facilior sit ad dicenda | ad dicenda
processus Est igitur corpus misticum organicum fide christi animatum corpus
ponitur pro genere additur organicum. i. habens organa, quia secundum Apostolum
sicut in vero corpore naturali multa membra habentur omnia autem membra non | uno
eundem actum habent Ita multi sumus unum corpus in christo, singuli autem
alter alterius membra Et sicut unum membrum servit sibi et toti corpori Sic
in ecclesia militante diversi in diversis statibus et officiis sibi et aliis in
ecclesia subministrant Additur Misticum quia secundum Apostolum sicut corpus
unum est et multa membra habet, omnia autem membra corporis cum sint
multa unum corpus sunt Ita et omnes nos qui in christo baptismati sumus
unum corpus constituimus ecclesie i. Cor. xii. Additur fide christi animatum quia sicut

481

qua corpus sit fides animam vivificat dicente scriptura Justus ex fide vi-
vit ex quo sit quod omnes baptisati ~~h~~ fidem xpi sive informem sive for-
tam constituunt ecclesiam militantem sicut scriptum est Ephe iiii unum corpus
unus spiritus etc. unus dominus una fides unum baptisma Intelligendo ~~causalem~~ causaliter
videlicet quod ecclesia est unum corpus propter unum spiritum, unum dominum, unam fidem
et unum baptisma Item ex hoc sequitur quod nulli heretici sunt in ecclesia mi-
litante vel partes ecclesie militantis, sed sunt in ecclesia malignante et pars
eiusdem patet ex hoc quia heretici non sunt fidem xpi habentes, hanc autem ecclesiam
fundat quarto gratia gratum faciens, quecumque gratia est dispositio in creatura racionali
a deo infusa que per modum forme inexistens racionali creature facit eam
gratam deo, sive in beatitudine sive ad beatitudinem, quoniam quedam est gratia gratum
faciens in celo beatum sicut in patria Alia ad celo beatum sicut in via prima gratia in
patria est ipsamet beatitudo formalis que beatitudo per modum forme est beatificatio
et totalis consummata creature racionalis deificatio Secunda gratia in via est beati-
tudo formalis hic ~~est~~ in via non consummata sed inchoata De qua loquitur
salvator Mt v Beati pauperes spiritu etc. Et hec gratia in quocumque viatore sive
predestinato sive prescito est mire dignitatis Nam licet libertas mentis
create sive voluntas eius libera sit magne dignitatis naturalis Gratia
tamen in via longe excedit libertatem voluntatis et liberam voluntatem, quoniam illa
libertas in malo homine non sufficit eum liberare a morte perpetua et inducere
ad vitam eternam, sed minima gratia gratum faciens dum in termino viatoris creature
racionali inexistit liberat a morte perpetua et perducat ad vitam eternam, pro quocumque
tempore viatori sive prescito sive predestinato inexistit facit eum pro tunc carum
et gratum deo bonum et iustum et filium dei, et sic membrum corporis mistici
Omnis enim sive prescitus sive predestinatus existens in gratia est membrum vivum
~~in ecclesia~~ ecclesie militantis, et ex hoc ista gratia gratum faciens fundat ecclesiam
universalem militantem tamen et mali carentes ista gratia fidem xpi dumtaxat habentes
sunt eciam membra sed arida ecclesie militantis et per consequens sunt in ecclesia
militante Sicut enim homo habens duas manus unam aridam non suscipi-
entem influxum a capite Aliam vivam influxus capacem dicitur habere duas
manus, sic omnis xpianus habens fidem informem est membrum ecclesie mili-
tantis non suscipiens influxum vite a capite xpo Hic est quod beatus Augustinus
contra donatistas dicit Si tua manus est arida verumquidem est membrum tuum
sine sanguine sit inefficax et mortuum, sic et fides cum sit vera tamen sine
operibus mortua est habetur ibi a. 1 q. 1. sicut patet Est enim tria vinculum quo vinculum
aliquis xpo tamquam capiti in ecclesia militante colligantur scilicet fides spes caritas
Et si caritas, si eciam et spes in aliquo membro defficiat fides remanente
illud membrum quamvis mortificatum Adhuc tamen corpori ecclesie et capiti per
talem fidem utrumque est mistice colligatum Si autem fides in aliquo deffi-
ciat ut in heretico mox vinculum illius membri ad corpus ecclesie et caput
misticum penitus tollitur et destruitur Hanc itaque ecclesiam militantem
sic ut premittitur continentem bonos et malos necesse est ponere, cum de ea
scriptura prophetica et ewangelica expresse loquatur, que virginibus prudentibus
et fatuis comparatur Mt xxv super quo dicit beatus Gregorius in omelia, Sancta
quippe ecclesia decem virginibus similis esse denunciatur in qua quia ma-
li cum bonis et electi cum reprobis sunt admixti. recte similis virginibus
prudentibus et fatuis perhibetur Item comparatur arche Noe dicit beatus Augustinus
de fide ad petrum c. xiiii Firmissime tene et nullatenus dubites

archam dei esse ecclesiam et in ea usqz ad fine seculi frumeto paleas co
mixtas contineri, et infra In fine vero seculi bonos a malis etiam
cum corpe sepandos, qn veniet xpus h(abe)ns ventilabrum in manu sua et
mundabit aream suam et congregabit triticum (in horreum suum) paleas
aute comburet igni inextinguibili Ad id est Crisostomus super illo Col
legerunt bonos in vasa sua Mt 13o sic dicens Ecclesia media est inter
celum quod est locus tm bonorum, et infernum qui est locus tm ma
lorum Ipa vero ecclia media est quia includit bonos et malos colligit
quod significatum est in Archa noe ubi aialia munda fuerunt cum
immundis In quaquidem ecclia iux catholicam fidem doctinam homines
duplicit dicun esse. Quidam nomine tm non recipientes influxum a xpo
capite Alios nomine et merito om bonorum spualium a xpo capite fluentium
tanqm membra viua participes et capaces Quam participacionem ppha
optabat dicens Participem me fac deus om timencium te et custodien
cium mandata tua Quecunqz ecclia et si in se contineat malos non pp
hoc de ea est senciendum qd sancta dici non debeat aut possit Sancta enim
dicit immaculata sine macula et ruga iuxta doctinam Apli Ad Ephe
5o dicentis Cristus dilexit ecclesiam et semetipm tradidit pro ea ut
illam sctificaret mundans eam lauacro aque in vbo vite ut exhiberet
ipe sibi gloriosam ecclesiam non hntem maculam aut rugam aut aliud
huiusmodi, sed ut sit sancta et immaculata propter quod Beda dicit sup cant
Semp ecclia sancta est fide et munda ope, semp lucet et feruet caritate
Et quicquid prauitatis aut immundicie eam attigerit nunqm illud sus
cipit, nunqm in illud consentit, sed corrigit aut punit aut extermat Nam
ecclie omnes nequicie extranee sunt, quas aut cupit remittere aut omni
conatu expurgare, aut contra eas seuit et procedit usqz ad excisionem
Hec Beda Unde sicut corpus naturale aiale requirit de necitate ad sui esse
+ matiales materiam et forma, 2m qd partes nales continue variantur manet idem
fm formam ut dicit phus 1o de generacione Sic ecclia sancta militans cum
sit corpus misticum fide xpi creatum de necitate debet hre aliqd pro materia
et aliud pro forma Sed cum psone hominum quasi partes per actus et ma
les ecclie continue fluant et defluant sibi invicem succedentes, fm quas
ecclia continue variatur necesse est preter illas partes materiales dare unam
formam que eadem in nro semp manens facit illud compositum misticum sp
manere unum Hec aut forma mistica est fides ihu xpi eo qd unica est
fides om xpifidelium preteritorum pncium et futurorum sicut dictum est sup
Exemplum ad rem familiare apparet In flumine wysla qui wandalus
dicitur qui semp idem in nro hic manet quo ad formam quamuis partes
illius fluuii quottidie varientur sibinvicem succedentes Ita hec forma
mistica .s. vera fides xpi, sicut quidam misticus fluuius in quo fluunt et de
fluunt psone sibinvicem succedentes sicut partes materiales et partium ecclie
catholice, semper manente eadem ecclia quo ad formam .i. veram fidem ihu
xpi que forma semp manet et manebit recta sana et immaculata quo
ad se et in se Ita qd ei nullum falsum subest nec sub ea potest alicuius
error Et si complures heretici quorum inclis est, conentur eam deprava
re et maculare ipa tm in se semp sancta et immaculata manet Iuxta
verbum dni Et porte inferi non prevalebunt aduersus eam Igit sicut
ecclia militans semp manet eadem quo ad formam, sic semper manet
sancta et immaculata non hns in se aliquam maculam ~~ut~~ aut rugam Et licz

partes male multe habeant maculam et rugam per diversa peccata mor-
talia inquinate, nichilominus ecclesia manet sancta. Quemadmodum enim
in composito naturali racionali ut in homine, culpa hominis imputatur non racione
corporis sed racione forme ut anime. Ita in illo corpore mistico culpa macula sive
ruga non ex parte partium materialium sed ex parte forme debent imputari.
Alioquin si ecclesia diceretur sancta racione partium malum profecto nec ecclesia
predestinatorum esset sancta, cum multi predestinati sint in peccatis mortali-
bus pro tempore sordescentes ymo et aliqui excidunt a fide ad tempus
et alii ad fidem nondum venerunt. Sic quoque nulla ecclesia esset sancta quod
est hereticum, quia contra unum articulum simboli apostolorum Credo ecclesiam
sanctam catholicam. Alia quoque est responsio qua dicitur quod ecclesia sancta dicitur non
propter sanctitatem personarum in ea existencium sed propter sanctitatem sacramentorum
que in ipsa conferuntur nec inquinari possunt per maliciam ministrorum sed sic
placent deo et prosunt suscipienti non ponenti obicem sive per bonos
sive per malos ministros dispensentur. Sic dicimus quia legimus ex sacrorum
canonum auctoritate. Non potest quantumcunque pollutus sit sacramenta divina pollu-
ere que purgatoria cunctarum contagionum existunt qualiscunque sacerdos
sit que sancta sunt coinquinare non possunt xv. q. ult. c. ult. Et sc. Quitte-
to ab omni sacerdote in fide xpi ministrata quoniam omnia in fide xpi purgantur.
Alias profecto sacramenta nove legis sicut et sacramenta veteris legis non placerent deo
ex opere operato sed tantum ex opere operante, et sic non essent maioris dignitatis et
efficacie quam sacramenta veteris legis quod est error, cum ex se non prestarent
graciam quam figurant sed ex ministro conferente et eius bonitate. Et hec sit
dictum de ecclesia universali militante vera.

De ecclesia vero universali representativa scilicet de Concilio generali quod dicitur ecclesia
universalis representative racione universalis iurisdictionis auctoritatis et certe potestatis
ut apparebit infra, aliud breviter dicendum est. Dicendum est autem concilium generale
congregacio legittima auctoritate facta ad aliquem locum ex omni statu ierarchico
totius ecclesie catholice nulla fideli persona que audiri requirat exclusa ad
tractandum et ordinandum salubriter ea que debitum regimen eiusdem
ecclesie in fide et in moribus respiciunt prout colligitur ex xvi et ex xvii dis-
per totum. Generale enim concilium universalem ecclesiam representans de quo
dictum est, est regula a spiritu sancto directa et a xpo tradita ut quilibet cuius-
cunque status eciam si papalis existat eam audire et sibi obedire teneatur.
Alioquin habendus est sicut ethnicus et publicanus prout hec colligitur ex ev[angelio]
veritatis Mt xviii° c. ut infra clarius videbitur. Et eciam quia in omni materia fidei
et ecclesiastica recurrendum est cum omni reverencia ad auctoritatem ecclesie quam ad
canonem divinitus inspiratum amplius quam ad sacram scripturam vel quamcunque racionem
exemplo beati Augustini qui pro eius reverencia inobliquabili auctoritate in libro
contra Faustum dixisse legitur Ego evangelio non crederem nisi me auctoritas ecclesie
commoneret. Quoniam tanta est auctoritas ecclesie ut illa dumtaxat scriptura sacra
habenda est, quam ipsa sacram esse declaravit. Propter quod omnes doctores
catholici suas immo summas ipsius declaracioni subiciunt. Et nisi eorum libri appro- [submittunt]
bentur ab ipsa catholici esse non possunt quia eius auctoritas immediate est a spiritu
sancto, ut dicit simbolum apostolorum Credo in spiritum sanctum, sanctam ecclesiam
catholicam. Omnes enim veritates catholice de septem sacramentis ecclesie, de
moribus, de ritibus et cerimoniis, de veneracione reliquiarum et imaginum,
de indulgenciis, de ordinibus et religionibus in ecclesia, de institucionibus univer-

et singulis fidem et salutem animarum concernentibus sub hoc articulo
fidei continentur Credo in spiritum sanctum sanctam ecclesiam catholicam quod
credo quod omnia facta instituta et dicta ecclesie catholice sunt immediate et
principaliter a spiritu sancto veluti a causa eam totaliter et singulariter dirigente et
in eam dona et gratias influente ac eius rectoribus veluti instrumentis
utente
484 Nunc sit in genere de ecclesia premissis ut ad ulteriora procedamus sit ista ad
nostrum propositum conclusio prima. unam sanctam ecclesiam catholicam que in
hiis que fidei sunt et salutis errare non potest confiteri cuilibet homini viatori
est de necessitate salutis. hec conclusio habet duas partes prima quod unam sanctam ecclesiam
catholicam confiteri cuilibet viatori homini est de necessitate salutis. Secunda pars quod hec
ecclesia una sancta catholica in hiis que fidei sunt et salutis errare non potest
Que conclusio quo ad primam sui partem multaplicatione non eget, cum ve
ritas eius in simbolo apostolorum et niceno sit sufficienter expressa, nec aliquis
nisi hostis fidei de hoc habeat dubitare Articulus enim est fidei credere unam
sanctam ecclesiam catholicam, quod fidelis quilibet credere est astrictus de quo si ali
ter pertinaciter senserit pro heretico est habendus De veritate huius conclusionis quo ad
hanc partem est etiam expressa auctoritas extra c. firmiter de summa trinitate et
fide catholica ubi dicitur una est fidelium universalis ecclesia extra quam nullus
omnino salvatur Cuius ecclesie unitatem et sanctitatem tangit Apostolus ad Ephe
v° ut supra allegatum est dicens, Christus ecclesiam suam dilexit et tradidit semet
ipsum pro illa ut eam sanctificaret, et infra, ut sit sancta et immaculata
Et he Cor. xi° ipsis corinthiis in persona ecclesie scribens despondi enim vos
uni viro virginem castam exhibere christo ubi in singulari loquitur Nec po
nimus duas quantum ad presens militantem et triumphantem ecclesiam
que pro una reputantur ecclesia statu conditione et loco distante quamvis spe
non divisificat cuius una pars regnat alia militat una premiatur alia me
retur una gaudet altera gemit Una igitur est quia in ea dicitur unum baptisma Baptisma
unus dominus una fides, unus spiritus unus deus et pater omnium qui super
omnes est Ephe iiii° Cuius ecclesie membra habent unitatem in corpore per fidem
pluralitatem inter se per naturam diversitatem in officiis per donorum distinctionem
Sancta vero dicitur quod ratione fidei que est forma eius et ratione baptismatis
et aliorum sacramentorum sanctos efficit et regenerat in vitam eternam Catholica
autem dicitur secundum Ysidorum de summo bono c. 21° quia universalis per totum orbem
diffusa unde secundum eundem 8° li. Ethimo. Catholica grece dicitur universalis latine
quasi simul complectens Et beatus Ciprianus in epistola ad novatianum dicit Ecclesia
una que in multitudine latius in incremento fecunditatis extenditur quomodo
solis multi radii sed lumen unum et rami arboris multi sed robur unum
tenaci radice fundatum, et cum de uno fonte rivi plurimi defluunt
numerositas licet diffusa videatur exundantis copie largitate unitas
tamen servatur in origine avelle radium a solis corpore divisionem lucis unitas
non capit Ab arbore frange ramum fructus germinare non poterit A
fonte precide rivum precisus arescit, sic et ecclesia domini luce perfusa
per orbem totum radios suos porrigit unum tamen lumen est. quod
undique diffunditur, nec unitas corporis separatur Hec ille Hanc unitatem
beatus Augustinus 18 de Civitate dei, c. xlvi dicit esse significatam in missio
ne spiritus sancti dicit enim ibidem Christus ascendit in celum et post dies
decem misit promissum spiritum sanctum cuius venientis in eos qui crediderant

tunc signum erat ingentium et maxime necessarium ut unusquisque eorum
linguis omnium gencium loqueretur Ita significans unitatem catholice ecclesie
per omnes gentes futuram ac si omnibus locutura Hec ibi Extra autem
hanc ecclesiam dicit Augustinus neminem posse saluari in libro de fide ad petrum
dicens firmissime tene et nullatenus dubites non solum omnes paganos
sed omnes iudeos et hereticos atque scismaticos qui extra ecclesiam catholicam
presentem vitam finiunt in ignem eternum ituros qui paratus est dyabolo
et angelis eius. Hec pars conclusionis ampliori probacione non indi-
get licet pro ipsius probacione adduci alia plura possent

Secunda pars conclusionis probatur sic Ecclesia catholica regitur a spiritu
sancto, sed spiritus sanctus errare non potest ergo nec ecclesia. Secunda pars
nota est, quia spiritus sanctus dicitur spiritus veritatis et cum sit deus qui est prima
veritas errare non potest Prima pars innuitur tam in simbolo Apostolorum quam
niceno, ubi statim post articulum spiritus sancti cum dicitur et in spiritum sanctum sub-
iungitur articulus de ecclesia, videlicet sanctam ecclesiam catholicam ut sit sensus
Credo in spiritum sanctum dirigentem videlicet et gubernantem et sanctificantem catholicam
ecclesiam, immo et vivificantem Unde Albertus magnus in exposicione simbo-
li quam ponit in tractatu de officio misse sic dicit Jacobus minor respiciens
ad hoc quod spiritus sanctus datur et mittitur ad sanctificandam creaturam que
sanctitas numquam fallit in ecclesia, sed nonnumquam fallit in persona dixit sanctam
ecclesiam Et quia omnis articulus fundatur in divina et eterna veritate et
non super creatam veritatem, quia omnis creatura vana est et non habet
solidam veritatem Ideo iste articulus sic resolvendus est ad proprium opus
spiritus sancti, hoc est credo in spiritum sanctum non solum secundum se sicut dicit
precedens articulus, sed eciam credo in eum secundum proprium eius opus quo sanctifi-
cat ecclesiam qua sanctitatem profundit in sacris et virtutibus et donis que
dat ad sanctitatem perfectorum et eandem in miraculis et donis graciarum datis sic
sunt sapiencia sciencia fides discrecio spirituum operacio sanitatum et prophecia et
huiusmodi que dat spiritus sanctus ad sanctitatem ecclesie demonstrandam Hec Albertus
Secundo xpus promisit ecclesie sue assistenciam usque ad consumacionem seculi
Mt ult. Promisit eciam se esse in medio congregatorum in nomine eius
Mt xviii Promisit eciam ecclesie se daturum doctrinam spiritus veritatis
cum dixit Jo xiiii° Ego rogabo patrem et alium paraclitum dabit vobis
Et iterum Paraclitus autem spiritus sanctus quem mittet pater in nomine
meo Ille vos docebit omnia Et iterum Adhuc multa habeo vobis dicere
sed non potestis portare modo cum autem venerit ille spiritus veritatis docebit
vos omnem veritatem Per que datur manifeste intelligi commissum fuisse re-
gimen ecclesie spiritui sancto xpo presencia corporali ab ea recedente secundum illud Nisi (recedente)
ego abiero paraclitus non veniet ad vos, si autem abiero mittam eum vobis
Et quod spiritus sanctus doceret ecclesiam omnem veritatem necessariam ad salutem
(apparebat) apparet hoc in visibili missione ipsius cum datus fuerat in die pente-
costes in linguis igneis, quibus omnes gentes fidem et doctrinam spiritus
sancti suscepture erant Postquam in omnem terram exivit sonus eorum qui
tunc eundem spiritum susceperunt Constat autem quod hec promissio facta per
xpm de missione spiritus veritatis non erat facta alicui singulari persone
sed toti ecclesie Unde cum petrus post missionem spiritus sancti qui erat princeps apostolorum

circa obseruacionem legalium videbatur errasse petrus quod fuerat a paulo reprehensus Ad Galat 2° Toti ergo ecclesie et non uni singulari persone hec assistencia sancti spiritus est promissa Unde Isidorus Spiritus sancti presentia testatur congregatio sacerdotum Et Crisostomus in omelia super illo verbo Ecce ego vobiscum sum usque ad consumacionem etc. Ad hoc propositum dicit Etenim uero eis magna iniunxerat erigens eorum sensum dicit ecce ego vobiscum sum etc omnia facio leuia quasi dicat ne dicatis difficile esse iniunctum negocium ego sum vobiscum qui omnia facio leuia Non autem cum illis solum dixit se futurum esse sed cum omnibus qui per illos credunt Non enim usque ad consumacionem seculi apostoli mansuri erant sed sicut uni corpori fidelibus loquitur hec Crisostomus Tercio probatur veritas istius secunde partis Dicit enim dominus Iohannis x° Oues mee vocem meam audiunt et ego cognosco eas et ego uitam eternam do eis et non peribunt in eternum et non rapiet (rapiet) eas quisquam de manu mea Dicit ergo oues christi non peribunt in eternum neque rapientur de manu eius oportet quod sit aliquid quod easdem oues infallibiliter ducat et reducat inducat et hoc est uel esse debet per id quod est infallibile et exemptum ab omni errore et hoc est ecclesia que est mater omnium et magistra Quarto ecclesie est annexa noticia catholice veritatis ex quo christus qui est veritas non mentitur cum dicit spiritus veritatis docebit vos omnem ueritatem Ad quod propositum dicit beatus Thomas 2a 2e q. v. articulo 3° quod obiectum fidei est veritas prima secundum quod manifestatur in scripturis et doctrina ecclesie Et subdit Quicumque non inheret ecclesie sicut infallibili et diuine regule talis non habet fidem de articulis fidei sed opinionem secundum propriam voluntatem et ibidem in responsione ad argumentum dicit quod omnibus articulis fidei inheret fides propter unicum medium scilicet propter veritatem primam propositam ex scripturis secundum doctrinam ecclesie intellectis quod est nobile verbum Si enim ecclesia aliquando possit errare doctores sancti non summitterent dicta sua ecclesie quod tamen faciunt et nemo debet maiorem fidem dictis eorum adhibere quam ipsimet sibi ipsis adhibuerunt uel aliis adhiberi voluerunt sed ipsi in dictis et exposicionibus eorum sepe dubitabant et ne dampnabiliter errarent in omnibus se et sua dicta correctioni ecclesie summittebant ergo et fideles non debent exposiciones doctorum certitudinaliter veras reputare nec eis fidem adhibere nisi magis fuerit per ecclesiam approbate Unde nec Augustinus credit ewangelio nisi eum ecclesie auctoritas commoueret ut supra allegatum est Et beatus Thomas 2a 2e q. x articulo xii. et quolibet ii q. 4 dicit quod magis standum est auctoritati ecclesie quam Augustini uel Ieronimi uel cuiuslibet alterius doctoris Hec enim est regula et mensura omnis infallibilis ueritatis Sicut enim fit in doctrinis aliarum scienciarum quod conclusiones reducuntur ad principia que per se nota sunt in quibus est status sic quod contra ea negantem non est arguendum Ita eciam est in doctrina catholice ueritatis si doctores sunt ad inuicem contrarii et orta fuerit in eorum dictis ambiguitas illud reducendum erit ad primam regulam et mensuram scilicet ad auctoritatem ecclesie spiritu sancto directa Et id quod ipsa diffiniuit et tenendum mandauit illud est necessarie tenendum Et si quis habet eius auctoritatem et infallibilem veritatem ei annexam negauit non est quod

mensura

eum tanquam contra negantem primum principium amplius disputandum hec e
enim regula et mensura que errare non potest xxiiii q. i. Acta. Unde nostro lex
veteris nove legis figuram gerens precepit Deutro xvii. Si aliquod dif
ficile et ambiguum aput te iudicium prospexeris esse inter sanguinem et san
guinem, causam et causam, lepram et lepram, et iudicium intra portas
tuas videris variari, surge et ascende ad locum quem elegerit tibi dominus
deus tuus veniesque ad sacerdotes levitici generis et ad iudicem qui fuerit
illo tempore, quereresque ab eis qui indicabunt tibi iudicii veritatem et facies quod
cumque dixerint qui presunt loco quem elegerit dominus et docuerint te iuxta
legem eius sequeris sententiam eorum, nec declinabis ad dextram vel sinistram
Ecce in prefata auctoritate nichil aliud convenire voluit nisi quod recursus fieri
deberet omnibus fluctuantibus ad congregationem sacerdotum tanquam regulam
infallibilem que errare non potest propter assistenciam spiritus sancti et signan
ter dictum est ad sacerdotes pluraliter, quia plurium auctoritas unius preferatur
exemplo Christi qui in gradibus correpcionis ab uno ubi ascendit ad plures
Si in te non audierit adhibe tecum unum vel duos notans per hoc
iudicium duorum fortius esse iudicio unius Mt. 18. Unde et apostoli in
primitiva ecclesia, ortis dubiis de certis observantiis recursum habebant
ad multitudinem discipulorum pro inquirenda christiana ut plurium testimonio
veritas clarius reluceret, et beatus apostolus certitudinem sui evangelii quod non
ab homine acceperat, ad ipsum stabiliendum, non ad petrum solum recursum
habuit sed ad plures apostolos scilicet petrum Johannem et Jacobum, cum quibus
veritatem sui evangelii conferre studuit qui principales erant inter apostolos
de quo dicitur ad Galatas 2o. Deinde post annos 14 ascendi iherusalem cum Bar
naba assumpto et Tyto Ascendi autem secundum revelacionem et contuli cum eis
evangelium dei quod predico in gentibus etc. Ecce quanta certitudo veritatis
in ecclesia ut eciam paulus in tercium celum raptus et ibi divina revelacione
edoctus adhuc evangelii confirmacionem et stabilimentum ab ecclesia
recepit ne in vanum curreret. Sexto si necesse est confiteri unam sanctam
ecclesiam ut prima pars conclusionis dicit ergo nunquam errantem cum sanctitas omnem
excludit errorem Nichil enim erronei aut falsi subest aut subesse potest
articulis fidei igitur nichil erronei in ea subesse potest atque falsi. Sequitur er
go quod ecclesia universalis errare non potest in hiis que sunt fidei et salutis que
fuit secunda pars conclusionis Et quicquid dicitur de ecclesia universali idem intelligendum est
de Concilio generali legittime congregato ipsam representante de quo infra
dicetur, Et tantum de prima conclusione

487

Sed quia ecclesia universalis que ut dictum est errare non potest unum corpus habens
diversa diversa membra iuxta doctrinam apostoli et dictum Augustini 20 de civitate
dei, capitulo 6o, quod corpus sine capite esse non potest ideo ut habeatur cognicio
seu notitia de capite istius corporis, sit hec conclusio 2a Sicut unum
caput principale verum et immediatum est tocius ecclesie quod est Christus
Ihesus, sic unum caput ministeriale et vicarium est eiusdem ecclesie et singu
lorum eius membrorum quod est pontifex Romanus Hec conclusio
duo dicit Dicit enim primo quod Christus est caput principale verum et im
mediatum tocius ecclesie 2o dicit quod pontifex Romanus est caput
eiusdem ecclesie ministeriale et vicarium Et ne conclusio quo ad eius pri
partem probacione multa non indiget. Cum de hoc apostolus doctrinam

suam quam non accepit ab homine manifeste expressit Dicit enim aplus
ad Colocen 1° ad impleo ea que desunt passionum eius .s. xpi in carne
mea pro corpore eius quod est ecclia Ecce appellat ecclesiam corpus xpi
saltem misticum Et si ecclia corpus xpi misticum est, oportet quod xpus
sit eius caput cum aliud membrum esse non possit, quia nec pes nec oculus
neque manus Item Ephe iiii° Cum btus paulus multas donaciones et gras
enumerasset in ecclia, alios inquit dedit aplos, alios pphas, alios ewangelistas
alios pastores, et doctores ad consumacionem sanctorum in opus ministerii, seu
dit in edificacionem corporis xpi Ecce iterum dicit ecclesiam corpus xpi, cuius ipse
caput est Item pe Cor xii aut unum corpus est et multa membra habet, omnia
autem membra corporis cum sint multa unum corpus sunt, et ita xpus
et ei in uno spiritu etc Ubi dicit glosa Ita et xpistus caput est unum quod
manifestius exprimit Aplus Ephe 1° dicens ipsum dedit caput super omnem
eccliam que est corpus ipsius et plenitudo eius Et merito xpus dicitur caput
ecclie, Est enim eminencior ut dicitur in psalmo lxxxviii Ego primo genitum
ponam illum excelsum pre regibus terre Item dignior quia princeps re
gum terre Apoc 1° Et potencior de quo dicitur Mt ultimo Data est michi
omnis ptas in celo et in terra Dignior inquit quo ad regiam dignitatem
Iusticie perfectorum, et gre plenitudine potencior vero quia potent iudicat
semper manens recte gubernans etc
Secundo xpus aliquando in sua humanitate fuit caput ecclie, cum in terra
conversatus est et numquam subtraxit providenciam suam ab ecclia seu assisten
ciam, Alioquin verax non esset in promissis quibus dicebat Ecce ego vo
biscum sum omnibus diebus usque ad consumacionem seculi Mt ult Cum ergo
fuit et non desinit desyt esse ergo sequitur quod adhuc est caput ecclie cum se
non subduxit a regimine ipsius Ad quod clarius ostendendum In capite possumus
tria considerare secundum btum Thomam in 3a pte, q 8, arto 1° scilicet ordinem per
feccionem et virtutem Ordinem quia caput est prima pars hominis incipiendo
a superiori, et inde est quod omne principium consuevit vocari caput secundum illud Ezech
xvi° Ad omne caput vie edificasti signum prostitucionis tue, perfeccionem
autem quia in capite viget omnes sensus interiores et exteriores cum in
ceteris sit solus tactus Et inde est quod dicitur Ysa° 9° longevus hono
rabilis ipse est caput, virtutem vero quia virtus et motus et gubernacio cete
rorum membrorum in suis actibus est a capite, propter vim sensitivam et
motivam ibi dominantem Unde rector dicitur caput populi, secundum illud 1 Reg xv°
Cum esses parvulus in oculis tuis caput in tribubus factus es Hec autem
tria competunt xpo spiritualiter primo enim ordinem scilicet racione propinquitatis
ad deum et ideo prior et gra altior, quia omnes alii acceperunt gram per res
pectum ad gram ipsius secundum illud Ro 8° Quos presciuit hos et predestinavit
conformes fieri ymaginis filii sui ut sit ipse primogenitus in multis
fratribus, 2° perfeccionem scilicet quantum ad plenitudinem omnium graciarum secundum illud Johis
1° vidimus eum plenum gra et veritatis Tercio virtutem scilicet influendi gra
ciam in omnia membra ecclie secundum illud Jo 1° De plenitudine eius omnes
accepimus Hec btus Thomas ex quibus manifeste ostendit xpm esse caput
ecclie Igitur prima pars conclusionis vera etc
Secunda pars conclusionis que plus videtur hic ambigua sic ostenditur

Quod enim in c. Ita dns. 19 di. quod dns ihus xpus muneris huius sacramenti ita (canone)
ad omnium apostolorum officium pertinere voluit ut in beatissimo petro apostolorum summo
principaliter collocaret ut ab ipso quasi quodam capite dona sua velut
in corpus omne diffunderet Ecce dicit petrum et per consequens quemlibet successorem
suum caput ecclesie de quo etiam in c. fundamenta de elec. libro 6°
Nec potest hoc intelligi de capite vero ut ipsa dicatur verum caput ecclesie cum xpus
sit verum caput ecclesie ex prima parte conclusionis Esset namque ecclesia biceps aut
bicipitalis et monstruosa si haberet duo capita eque prima Unde sicut ipsa
non dicitur sponsus vel vir ecclesie, ut in c. Ecce. 99 dis. quia sic ecclesia vel vir
decedente vacare mortuo ipso quod dicere est ridiculum, sic etiam non dicitur
verum caput ecclesie quia eo decedente diceretur esse acephala Dicitur ergo caput
secundum quandam methaforam Ablato enim capite a corpore desinit vita corporis
et tamen ablato ipso ab ecclesia non cessat vita ecclesie sive ipse vivat Solus
igitur xpus est caput ecclesie dans ei sensum et motum et omnem spiritualem
influxum Unde et scriptura evangelii cum facit mencionem de abscisione membrorum
scandalizancium commemoravit oculum manum et pedem Matthei v°
et xviii Si oculus tuus scandalizat te etc. Et nunquam fecit scriptura mencionem
de capite ad innuendum quod verum et immediatum caput ecclesie est
xpus quod non potest ecclesiam scandalizare et ita nec veniret papa vero potest
ecclesiam scandalizare, si ergo ipse esset caput ecclesie verum etiam dictum fuisset
de capite abscidendo, sicut de oculo manu vel pede Unde considerandum est
quod ecclesia vel considerantur dupliciter Uno modo ut est corpus misticum isto modo
consideratur prout a xpo regitur donis et carismatibus graciarum que est corpus
vivum vivens semper vita spirituali fide et caritate quod quia xpus eam ut sponsam
suam respicit et gubernat, nec permittit eam maculari et a se separari
quia sibi spiritualiter assistit defendens eam ab erroribus et isto modo ipse caput
ecclesie est xpus iuxta regulam Apostoli ad Ephesios 1°. Alio modo consideratur ecclesia ut
corpus politicum, secundum quod consideratur sicut alia communitas aut societas politica
que etiam absque influxu graciarum et carismatum ac spirituali xpi assistencia,
quantum est ex humano iudicio potest debite regi humana aut divina lege
isto modo posset dici quod ipse competenter dici caput ecclesie Sed prout ecclesia est corpus
misticum non ipse sibi competit esse caput ecclesie sed posset dici vicarius et
minister capitis Constat enim quod ei non conveniunt condiciones capitis scilicet quod
influat in ecclesiam sensum et motum graciarum et donorum nec efficacia ut ... efficiencie
deus, nec meritorie et excellenter ut xpus Et ut appareat secundum quam condicionem
conveniat (convenit) ipse esse caput ecclesie et secundum quem influxum, pro isto nota beati
Thome in 3a parte q. 8 ar. 6° in responsione principali quod caput in alia membra
influit dupliciter Uno modo quodam intrinseco influxu prout virtus motiva
et sensitiva a capite derivatur ad cetera membra Alio modo secundum quandam
exteriorem gubernacionem prout secundum visum et alios sensus qui in capite radicantur
dirigitur homo in exterioribus actibus Interior igitur influxus gracie
non est ab aliquo nisi a solo xpo cuius humanitas quia est divinitati coniuncta
habet virtutem iustificandi, sed influxus in membra quantum ad exteriorem
gubernacionem potest aliis convenire, et secundum hoc aliqui alii possunt dici capita
ecclesie secundum illud amos 6° Optimates capita populorum differenter tamen a xpo
1° quidem quantum ad hoc quod xpus est caput omnium eorum qui ad ecclesiam pertinent
secundum omnem locum et tempus et statum Alii autem homines dicuntur

capita sm̄ quedā spalia loca sicut epūs suam ecclesiam, uel sm̄ determinatū
tempus sicut papa est totius ecclie caput sm̄ tempus sui pontificatus
et sm̄ determinatū tempus statum prout s. est in statu viatoris Etiam qz x[pus]
est caput ecclie ipa virtute et auctē Alij autē dicunt capita inquantum gerunt
vicē xpi sm̄ illud 2e cor 2o Nam et ego quod donavi si quid donavi
ppt vos in psona xpi, et 2e cor v° pro xpo legacione fungimur tanquam
deo exhortante p nos Hec btus Thōs Ex qua auctē appz qz papa sit
caput ecclie ratione influxus exterioris gubernacionis et sm̄ determinatū tempus
et statum, sed non est caput vlis ecclie ut ostensum est, neqz enim concilij
gnalis ipam representantis sed bene respectu ecclesiarum particularum et singularum
membrorum ecclie qz non sit caput concilij gnalis patet Ecclesia enim put con
sideratur in concilio gnali pocius se hz ut corpus misticum qm̄ ut corpus
politicum, xpus enim ibi assistit in medio adiuvans et defendens et influ
ens suam graciam et dirigens in agendis approbando et confirmando se
tenciam que fit a concilio, propter quod facta concilij attribuuntur spiritui
sancto Act xv ubi dicitur visum est spiritui sancto et nobis Ex quo appz qz spūs
sanctus simul operatur et iudicat cum hijs qui sunt in concilio Constat
autē qz hec respiciunt ecclesiam ut est corpus misticum ex quo procedunt
ex influxu graciarum et carismatum spūssctī Non ergo pt dici qz papa sit
caput concilij cum principale agens s. xpus ipse et immediate operetur Et
ideo non est opus ibi facere aliquam mencionem de iustro Si enim papa
diceretur caput concilij et haberet potestatem cohercivam, cessaret libertas que
requiritur in concilijs ad dandum votum, quia ubi spūs domini ibi libertas
ut dt aplus Nec obstat quod dicitur papa habuisse interdum presidenciam in con
cilijs gnalibus, ut in c. In nomine domini 23 dis et in c. ad aplice de
re iudi. li 6° et in alijs iuribus concordantibus Illa enim iura et alia similia
includenda sunt de honoraria potestate ad beneplacitum conciliorum eis
data ffacit ad hoc dictum c. In nomine domini ubi dicebat Nicolaus papa
Si placet fraternitati vre et ita in c. ad aplice poterat habere papa presidenciam
ex concessione et permissione concilij uel ex tolleracia paciencie Constat
enim qz in pluribus vetustissimis concilijs papa non fuit presidens ut
pz in illis in quibus romani pontifices non faciebant diffinicionem
sed ipm conciliū ipse dicendo placuit concilio ut in c. que incipit, placuit
de con. dis. iiij. et in pluribus alijs et in concilio aplorum eo de quo
Act xv° petrus licet fuit pns sinaz tamen non pronunciavit, sz Jacobus
dicens Placuit aplis et senioribus et omni ecclie Unde et in concilio
Basiliensi cum legati pape venissent Basileam de anno domini mo cccc
xxx iiijto Cardinalis sancte crucis in Jerlm archiepus Tarantasiensis Epus
paduanus et abbas scte iustine et portantes litteras adhesionis quibus ipse
Eugenius tunc papa approbaverat concilium et ei adheserat post prima revocatoria
retractando et corrigendo omnia per eum prius indebite facta et peterent
se admitti ad presidenciam nomine pape vigore litterarum quas habebant
non fuerunt statim admissi, sed dati fuerunt doctores in magno numero
de toto orbe peritissimi qui revolutis scripturis et sacris canonibus delibe
rare deberent an ipi presidentes essent admittendi ad presidenciam aucto
ritativam et cohercivam prout petebant Qui diu in deliberacione persistentes

Intelligenda

per tempus satis notabile Visum est ipis qd non admitterentur ad p
sidenciam auctiuia et cohitiua Ex post ventum est ad deputaciones
et scrutatis singulorum votis conclusum est nix deliberacione et eorum et ex
post facta sessione publica presidente Sigismundo Imperatore in apparatu
imperiali et electoribus Imperii vbi aderat Cardinales in notabili no
tres patriarche ambasiatores regum et principum Archiepi Epi Abbates
in maximo numero de singulis nacionibus Nuncii studiorum generalium et
Doctores legis diuine et humane in maximo nuo de toto orbe peritissimi
decretatum est in illa sessione publica, qd domini presidentes non erant admi
tendi nec admittebantur nomine pape cum potestate cohitiua vel presidentia
auctotiua sed sicut alia suppta, concilii representantia in persona pape
Qui presidentes sic admissi prestitint iuramentum concilio sicut alia suppta con
cilii facere consueuerat nec illi decreto tunc facto contradicebat nec aliquis
alius nomine pape contradixit Immo nedum ipi sed et ipe papa idem de
cretum tunc factum sicut et alia omnia decreta tunc facta et fienda
approbauit expresse Ex quibus patet ut supra dictum est. ipm non esse caput
vlis ecclie neque concilii generalis ipam representantis, sed bene est caput rep
ecclesiarum particularium et singularium membrorum ecclie respectu quorum dicit
habere plenitudinem potestatis cum sit vicarius xpi Vnde ne sue potestati per hec
videatur derogatum, ad de ea commemorens de cuius nanque potestate dic
tus Thomas in tractatu contra errores grecorum in c. 66 vbi cum asserit
pontificem primum et maximum et inter omnes epos et allegat Crisostomum sup 1
Mt 18 Accesserunt ad ihm discipuli dicentes Quis putas est maior
in regno celorum vbi dicit Cris. Quiddam humanum scandalum co
ceperunt quod iam in se occultare non poterant, ~~et timore~~ cordis
non sustinebat in eo qd viderat petrum sibi preferri et prehonorari Item
Allegat ibidem b Thomas Cris super Actus apostolorum dicentem petrus
est vtique sanctissimus vertex apostolici chori pastor bonus, et si sic, ergo et quilibet
eius successor Item ad idem est btus Thomas in tractatu contra errores
grecorum, c. 61 Allegans Crisostomum super Mt dicentem Filius qui
patris est potestatem petro plene concessit, vbique terrarum et hominibus mortali
bus que in celo sunt ~~dicit~~ dedit auctoritatem dando ei claues ad hoc ut eccle
siam vbique terrarum amplificet Et super actus apostolorum dicit idem petrus
a filio super omnes qui filii sunt potestatem accepit, non sicut moyses
in gente vna sed in vniuerso orbe Item pro hac auctoritate ipe est
Cirilli Iherosolimitani patriarche quem allegat btus Thomas in dicto
tractatu contra errores grecorum, c lxxix qui dicit ex persona xpi ad
petrum, tu cum fine et ego sine fine, cum omnibus quos loco tui po
nam plene et ~~pfcte~~ sacramento et auctoritate ero sicut et sum tecum Ad idem
Cirillus Allexandrinus Epus in libro thezaurorum quem allegat btus
Thomas ibidem qui dicit qd apostoli in Euangeliis ~~et aplis~~ affirmauit in omni
doctrina petrum esse loco dni in cuius ecclia eidem dantes locum vbi in
concilio et synagoga in omni eleccione et confirmacione. et infra Cui
s. petro omnes iure diuino caput inclinant. et primates mundi tanquam
ipi dno omnes obediunt Vnde Cris ex persona xpi dicit pasce oves meas

timore

auctas

epistolis

in loco mei esto prepositus fratrum. Cuius potestatem admirans beatus Augustinus
in sermone de apostolis dicit Cuius inquit plebeum piscatorem apostolorum
credere fieri principem regibus obsistere reges sanctificare regimus omnibus imperare mundum legibus frenare demones suis pedibus calcare. Magna potestas
eius est quia totius orbis obtinet principatum, 9 q. 3 cuncta per mundum.
Cuius sedes a domino primatum obtinuit, 22 dis. sacrosancta. Et ideo ei tamquam
superiori sit ab omnibus obediendum est, quamdiu enim ab ecclesia tolleratur
sanctissimus dicatur, non quidem ex vite merito sed ex sanctificandi officio ut hoc
clare deducit Augustinus de Anchona in libro de ecclesiastica potestate. q. 1 articulo 2o
Unde glosa super illo verbo, 1e Cor. 3o sive cephas dicit. qui maximus est,
quia igitur maximus et summus est non potest ab aliquo homine iudicari, 9
q. 3, facta ubi dicitur facta subditorum iudicantur a nobis nostra vero a domino
iudicantur, et in c. aliorum ibidem dicitur Aliorum hominum causas deus
voluit per homines terminari, sedis istius presulem suo sine questione reservavit
arbitrio Et hoc est quod quotidie dicitur quod papa non habet superiorem in terris
Sed hec intelligenda sunt in respectu ad ecclesias particulares et membra singularia ecclesie, quam iudicare potest ab ecclesia universali et a concilio generali ipsam
representante in casu heresis et notorii scandali etc. ut infra videbitur Ex his
igitur apparere potest ex quo sanctissimus papa dicatur caput ecclesie ex qua potestatem habere
dicitur super membra ecclesie universalis de cuius eciam potestate infra dicemus et tunc de
secunda conclusione
Et quamvis ecclesia universalis habeat sic ut predictum Christum pro capite vero et unico, summum
vero pontificem pro capite vicario et ministeriali, numquam potest simul esse congregata
in unum Nam ecclesia constat ex preteritis presentibus et futuris fidelibus in
diversis mundi partibus constitutis, preterita sunt translata, futura nondum advenerunt, presencia sunt locorum distancia separata, unde numquam legimus totam
universalem ecclesiam in una congregacione fuisse unitam, quedam enim eius membra
sunt in potencia quedam in actu Constituitur enim ecclesia ex omnibus membris
que sunt erunt et fuerunt et que numquam simul fuerunt nec erunt a principio mundi
usque ad finem neque quantum adesse nature neque quantum ad esse gracie
ut dicit beatus Thomas in 3a parte q. 8 articulo 3o in responsione principali, quecumque
membra invicem in una fide et unitate sacramentorum iuncta unam faciunt ecclesiam catholicam quorum omnium caput est Christus, ex conclusione precedente que continuatur
in suis membris, licet distinguantur in militantem et triumphantem, que ecclesia
militans aree comparatur iuxta illud Luc. 3o Ipse vos baptizabit in spiritu
sancto et igne cuius ventilabrum in manu eius et purgabit aream suam
et congregabit triticum in horreum suum paleas autem comburet igni inextinguibili unde beatus Augustinus in libro de fide ad petrum firmissime tene
et nullatenus dubites, aream dei esse ecclesiam catholicam, et in ea usque ad finem seculi frumento permixtas paleas contineri etc. Ex quibus patet ecclesiam compositam, ex bonis et malis, preteritis presentibus et futuris ut eciam supra dictum
est, unde constat ipsam non posse in unum simul actualiter congregari ex omnibus
membris eius, et ita ex quo congregari non potest, neque exire in actum
exequiturum actualem iurediccionis, qua licet auctatur et in huiusmodi dum

obsistere
frenare
questione

congregata non est, ideo ut possit exire in actum exequtivum sue iurisdictionis
et potestatibus, oportet eam mediam congregari in suis certis suppositis et membris
principalioribus et aliis. quod fieri potest et fit in concilio generali legitime
congregato ipsam representante Et ideo ad hoc propositum sit hec conclusio
2a. Quod concilium generale in spiritu sancto legitime congregatum repre-
sentat universalem ecclesiam et habet potestatem immediate a Christo. hec conclusio non eget magna
probacione, cum fundamentum et probacionem sumat ex decreto Concilii generalis
Constanciensis Cuius verba sunt ista in forma Nec in sequentibus opus sit
ea resumere. Hec sancta Synodus Constanciensis generale Concilium faciens et
universalem ecclesiam representans declarat quod ipsa potestatem habet immediate a Christo, cui
quilibet cuiuscumque status condicionis vel dignitatis eciam si papalis existat
obedire tenetur in hiis que pertinent ad fidem extirpacionem scismatis et
reformacionem ecclesie in capite et in membris Item declarat quod quicumque cu-
iuscumque condicionis status vel dignitatis eciam si papalis existat obedire
tenetur in hiis qui mandatis statutis ordinacionibus seu preceptis huius
sacre synodi et cuiuscumque alterius concilii generalis legitime congregati super
premissis seu ad ea pertinentibus factis vel fiendis obedire contumaciter con-
tempserit, nisi resipuerit condigne penitencie subiciatur et debite puniatur eciam
ad alia iuris suffragia si opus fuerit recurrendo Ista est constitucio Concilii
Constanciensis que sufficere debet cuilibet credendum ac ad assenciendum huic quoniam cum
sit dictum universalis ecclesie cui sancti doctores dicta sua summittebant, quia quod
approbat tenendum est, quicquid reprobat fugiendum Unde ut Augustinus dicit
se nolle credere euangelio nisi eum ecclesie auctoritas commoveret Et beatus Ieronimus
in disputacionibus contra Luciferianum dicit poteram hoc uno sole omnes tuarum
disputacionum rivulos exsiccare Vocat autem unicum solem auctoritatem ecclesie.
Preterea si concilium generale non representaret universalem ecclesiam non recte dixis-
set Jacobus Actuum xv Placuit apostolis et senioribus et omni ecclesie. Con-
stat enim quod ibi non fuerat omnis ecclesia eoque humano modo loquendo
non est possibile eam simul congregari in unum locum Nephas est autem
dicere quod illud non recte dictum fuit, cum et illius Concilii facta attri-
buantur spiritui sancto Ibidem, cum subditur visum est spiritui sancto et nobis quia
spiritus sanctus cum sit spiritus veritatis errare non potest cum sit deus Secundo quod concilium
generale habeat potestatem immediate a Christo, manifestum est ex verbis Christi qui dice-
bat collectioni apostolorum Ubi duo vel tres in nomine meo congregati fu-
erint in medio eorum sum. Mathei 18 nec adest sine auctoritate et potestate cum nulla
creatura sine eo aliquid dicatur posse, quanto magis cum interesse creden-
dus est turmis sanctorum modo singulari ut influat in eos graciam spiritus sancti,
propter quod dicebat Celestinus papa in Epistola ad synodum ephesinam, spiritus sancti
presenciam indicat congregacio sacerdotum, Nec ibi putanda est deesse divi-
nitas trinitatis que sanctificat concilium et sanctum reddit. Dicit enim Isidorus
in libro Conciliorum in gestis 3e Synodi Tholetane ponens verba Celestini
pape, Valde necessarium esse perspexi precarium in unum convenisse multitudinem
huius sine divine fidem quia dicit Ubi duo vel tres congregati fuerint in
nomine meo in medio eorum sum Credo enim beatam sancte trinitatis divi-
nitatem interesse huic sacro concilio et ita tanquam ante conspectum

Placuit

dei in medio verum fidem meam ptuli hec ille Si ergo in concilio est divinitas xpi que est eadem ex toto trinitatis quis dicat ptatem concilii immediate non a xpo procedere Nemo nisi diceret nisi hostis ecclesie Quis dicat concilium non esse factum ubi est divinitatis singularis assistentia etiam si prelati interdum in eo sint mali qui non obstante deformi vita eorum adhuc possent tractare et diffinire ea que sunt fidei et salutis quia non ipsi sunt qui loquuntur sed spiritus patris celestis qui loquitur in eis Si enim propter vicia eorum adhuc loqui veritatem pro utilitate et salute ecclesie non possent iam porte inferi prevalere adversus eam ecclesiam viderentur, quod obsistit irrefragabili sententie xpi qua dictum est, et porte inferi non prevalebunt adversus eam Matthei 16 Unde et balaam missus per regem balach maledicere populo domini non maledixit sed benedixit dicens regi, non possum aliud loqui nisi quod iusserit dominus Et infra dicitur Cui autem dominus occurrisset posuit verbum in ore eius, Numeri 23° Et ibidem 24° Dicebat balaam Si dederit michi balach domum plenam argenti et auri non potero preterire sermonem domini dei mei ut vel boni quid vel mali proferam ex ore meo, sed quicquid deus dederit hoc loquar Et si sic est quanto magis credendum quod dominus assistens Concilio generali iuxta promissionem suam modo singulari ponet verbum in ore illorum, qui pro salute et fide membrorum eius conveniunt in unum in nomine eius pro qua fide ipse oravit patrem, Est quod pro sua reverentia exauditus Ut dicit Apostolus ad hebreos v° Cum ergo assistit concilio generali ut caput et rector eius, et sua presentia sanctificat illud non permittet ibi fieri contrarium fidei aut saluti ecclesie sive Sanctum igitur dicitur Concilium propter hec que dicta sunt que titulum quodlibet Concilium generale etiam ex usu ecclesie habet fundamentum ex scriptura et ex usu Romanorum pontificum sibi iam expresse ascripsit Dicitur enim in titulo cuiuslibet Concilii generalis Sacrosancta sinodus generalis etc Quem titulum approbat totus orbis summique pontifices scribentes Concilio in suis litteris eodem titulo iam utuntur Concilium ergo generale sanctum est et sanctitate habet a xpo, et quia sanctam ecclesiam representat immediate ptatem dicitur habere a xpo qui est rector eius a quo in ipsum dona spiritualia profluunt et karismata graciarum et tantum de 3a conclusione

Et quia ecclesia universalis et Concilium generale ipsam representans ptatem habet immediate a xpo ex conclusione precedenti et ideo ut cognitum sit que et qualis sit ista ptas ecclesie universalis et Concilii generalis ipsam representantis sit hec quarta, Potestas ecclesie universalis et Concilii generalis ipsam representantis superior est ptate pape et qualibet alia ptate in terris Cui quilibet cuiuscumque dignitatis status vel conditionis etiam si papalis existat obedire et subesse tenetur Et si non obedierit poterit condigna animadversione puniri, ista conclusio est fundamentum huius totius negocii Et ideo circa probationem eius erit diutius immorandum Et antequam accedamus ad probationem eius hoc prius premittendum est quod sicut deus nulli creature dedit certum predium qua determinatur ad durandum in suo esse et propriam virtutem innatam et intrinsecam qua posset corrumpentibus se resistere et se conservare in esse ex quo secundum Damascenum in primo libro est subiam

naturali et quo mediante etc. aliquid operatur

ee expresse operacionis in quam dum pr dicitur tale etc. Ita et ecclesie
sue quam voluit durare usque in finem seculi, virtute et potestatem qua
possit se conservare in suo esse regere et tueri et conantibus ad sui destr
cionem resistere, quod videtur notari in verbis de ecclesia dictis a xpo in
sua fundacione Cum autem dixisset quod super hanc petram edificaret ecclesiam
statim subiunxit, et porte inferi non prevalebunt adversus eam, quod significaret
caret quod eo ipso quod edificata sit habet in se virtutem et potestatem se conserva
di in esse et contrariis resistendi Unde et de ea dicitur In Cant. quod est terribilis
ut castrorum acies ordinata, quomodo autem esset terribilis si huius virtute
careret Et si ut dicunt quidam licet erronee huius potestatem habet ab
extra ut a summo pontifice cuius potestatem in super ecclesiam plenam esse videtur
tur quod falsum est sequeretur quod deficere posset, Cum enim super ecclesiam no
sit essencialis depriuata ecclesie ad papam qui pro sue dignitatis officio tenetur
eam tueri et defendere Si ipsa moritur vel eam tueri nolit, si tunc ecclesia
huius virtutem non haberet et defendere sequitur quod tandem deficere posset
quod sentire est insanum, papa igitur non existente habet ecclesia virtute et
potestatem quam per creacionem ipse que sit ex ordinacione ecclesie non perdit
quam potestatem a xpo ad sui regimen et conservacionem accepit principaliter enim
essendi et conservandi propria et immediata sunt intrinseca cuiuslibet rei Sic
ergo ecclesia nec propter creacionem pape deficiat a virtute essendi Ita nec a vir
tute et potestate se regendi et conservandi in suo esse, hec autem potestas iuxta
doctrinam apostoli 1a Cor. 12o, videtur inesse omnibus membris sive toti cor
pori, non autem uni membro tantum, Dicit enim Apostolus Corpus non est
unum membrum sed multa si dixerit pes quia non sum manus non sum
de corpore non ideo non est de corpore, et si dixerit auris quia non sum oculus
non sum de corpore non ideo non est de corpore, si totum corpus oculus
ubi auditus, si totum auditus ubi odoratus Nunc autem posuit deus mem
bra unumquodque eorum in corpore sicut voluit quod si omnia essent unum membrum
ubi corpus nunc autem multa quidem membra Unum autem corpus non potest dicere
oculus manui opera tua non indigeo, aut iterum caput pedibus non
estis mihi necessarii Et infra, sed temperavit deus corpus ut non sit
scisma in corpore, sed in idipsum pro invicem sollicita sint membra, et sequitur
vos estis corpus xpi et membra de membro, et quosdam quidem posuit deus
in ecclesia, primum apostolos, 2o prophetas, 3o doctores etc. Apparet ergo ex hac aucto
ritate huius que apostolus dicit Ad Ephes. 4o, quod potestas ecclesie se ipsam con
servandi regendi et tuendi insit corpori xpi sive omnibus membris simul
Non autem quod ex uno membro dependeat in totum Unde videtur hec potestas
esse in ecclesia non sicut in quodam toto potestativo Nunc potestas seu virtus
non reperitur adequate in aliqua suarum potenciarum vel in una parti
ut ita ut ab illa totaliter alie colectur sed est in omnibus simul pote
ciis ex virtute unius anime, sic videtur in ecclesia esse huius potestas Nunc autem
sit hec potestas ecclesie ad se regendum et conservandum est communis sentencia do
ctorum quod est potestas clavium videlicet [struck through] discernendi et potestas iudi
candi ligandi et solvendi Nunc quidem potestas tante excellencie est quod

Margin notes:

dependencia

sentencia

integrali aut vel eius essencia et unus partitiva a singulis partibus sub lectivis. sed sicut in quodam toto potestativo quemadmodum virtus operandi actus et operacionis anime est in ipsa essencia et in suis potencys sicut in quodam toto potestativo ...

tota vniuersitas hominum illam concedere non potest sed eam a solo deo
accepit ecclesia patet nam in potestate communitatis seu multitudinis hom
inum est aliquem uel aliquos ex seipsis relegare et a sua societate
separare sed quod ille qui ab eorum societate excluditur eo ipso sit separatus
a societate dei et angelorum hoc non est in hominum potestate potestas autem
clauium ad hoc se extendit vt que ligantur in terris ligata sint in celis
Mathei 18 Et licet sint alie potestates in ecclesia ut consecrandi corpus christi
absoluendi a peccatis etc hic tamen principaliter intendo de iudiciaria potestate
an sit penes ecclesiam an penes papam principaliter ut quidam dicunt
et cuius iudicio potius standum est Ad probandum igitur hanc con
clusionem assumenda est probatio prima erit ex scriptura euangelii
et ex scriptura sanctorum doctorum ab ecclesia approbatorum et eciam ex scriptura
sacrorum conciliorum vetustissimorum secunda probatio erit ex considera
cione nominum ac rerum per illa significatarum que in sacra scriptura dicuntur
de ecclesia 3a probacio erit ex habitudine et causarum scilicet finalis ef
ficientis formalis et materialis

4 ex condicione huius modi potestatis patet in causa et in ff contra cnt 495

Quantum ergo ad primum occurrit illa auctoritas que expresse loquitur de
hac potestate Mathei 16 Tibi dabo claues regni celorum et quodcumque
ligaueris super terram erit ligatum et in celis et quodcumque solueris super
terram erit solutum et in celis hec autem auctoritas euangelii prout sancti
doctores exponunt uerbum est potius promissionis quam concessionis
et tamen illi censeatur hec potestas promissa tamen fuit concessa Nusquam uero
reperitur quod per hec uerba christus soli petro hanc potestatem concessit sed
etiam ipsi ecclesie prout dicitur Mathei 18 quecumque ligaueris super terram
erunt ligata et in celis et quecumque solueritis super terram erunt soluta
et in celis ergo sequitur quod hec potestas clauium non ad solam personam
petri et suos successores sed principaliter ad ecclesiam pertinet tamen per eadem
uerba legitur concessa quod patet ex serie textus euangelii Constat enim
quod christus omnes discipulos simul non autem solum petrum interrogauit
et petrus quasi omnium eandem exprimens intencionem respondit et christus sic
responsionem accepit quod marcus lucas ewangelista testatur in c 9 sic referens
Dixit autem illis Vos autem quem me esse dicitis Respondens autem symon
petrus dixit christum dei At ille increpans illos precepit ne cui dicerent
Ecce manifeste patet quod responsio petri erat responsio omnium apostolorum quia dicit
precepit ne cui dicerent Cum ergo secundum Rabanum et alios doctores propter
meritum confessionis fidei sit dictum uerbum potestatis Confessio autem
fuit non solum petri sed omnium apostolorum ergo et auctoritas potestatis ad omnes
apostolos et eorum successores dei pertinet hoc autem patet ex hys que post
ea dicuntur in euangelio Nam post hec dicta legitur quod de maioritate fuit
tribus uicibus contencio inter apostolos Mathei 18 et 20 et luce 22 Non
autem de hac re totiens contendissent si intellexissent per predicta uerba
tu es petrus et tibi dabo claues etc uel per illa tu vocaberis cephas soli
petro principaliter ad regendum ecclesiam fuisse traditam potestatem Ne autem

iste sensus scripture videatur esse nova doctrina vel dicatur excogitatum
novit, patet manifeste per auctes sanctorum doctorum exponencium verba
predicta qui dicunt quod cum petrus claves accepit sanctam ecclesiam sig
nificavit quod ecclesia a xpo claves accepit proprie petrus autem accepit
~~significative~~ figurative vnde btus Augus sup Jo sermone. 124 lo
quens de ecclesia inquit huius ecclesie Apls petrus propter aplatus sui prima
tum gerebat figurata generalitate personam, quod enim ad ipm proprie
ptinet natura vnus homo erat gratia vnus xanus habundancior
gratia vnus idemque primus aplus sed cui et dictum est, tibi dabo claves
regni celorum et quodcumque ligaveris sup terram erit ligatum et in celis
et quodcumque solveris super terram erit solutum et in celis vniversam
significavit ecclesiam que in hoc ~~simile~~ seculo diversis temptacionibus velut
imbribus fluminibus et tempestatibus quatitur et non cadit quia fun
data est super petram vnde petrus nomen accepit, non enim a petro pe
tra sed petrus a petra, sicut non xpus a xano sed xanus a xpo vocatur
Ideo quippe ait dns super hanc petram edificabo ecclesiam meam petra
enim erat xpus super hoc fundamentum quippe aliud nemo potest ponere
preter illud quod positum est quod est xpus ihus Ecclesia ergo que fun
datur in xpo claves ab eo regni celorum accepit in petro .i. potestatem sol
vendi ligandi que peccata Hec btus Augus et sunt eius verba sicut
ponuntur in forma prout videri potest in originali Ad idem est btus
Jeronimus Cuius verba ponuntur 24 q 1 omnibus consideratis Puto me non temere
dicere alios ita esse in domo domini ut ipsi etiam sint eadem domus dei que
dicitur edificata supra petram que vnica columba appellatur que sponsa
pulcra sine macula et ruga, et ortus conclusus et fons signatus et
puteus aque vive et paradisus cum fructu pomorum que domus et
claves accepit et potestatem ligandi atque solvendi hanc domum siquis
corrigentem corripientemque contempserit sit tibi tamquam ethnicus et
publicanus Hec btus Jeronimus vbi expresse dicit ecclesiam recepisse cla
ves et per quas iudiciariam potestatem Ad idem est btus Augus libro primo
de doctrina xana, c. 13° qui dicit Est ecclesia corpus sicut aplica do
ctrina commendat que coniux eciam dicitur, Et paucis interpositis dicit Has igitur
claves dedit ecclesie sue ut quecumque solveret in terra soluta essent in celo
et que ligaret in terra ligata essent in celo Ad idem est Innocencius 3us
doctor famosissimus in sermone de beatis aplis qui incipit sic Interroga
bat ihus discipulos suos qui inter cetera que de ecclesia loquitur dicit sic Ipsi
ca autem viget celestis auctas ad illud dignitatis provecta fastigium vt
eius sentencia que profertur in terris etiam observetur in celis Ad idem
est Augus in libro de fide ad petrum, c. 20° vbi dicit Nunquam peccanti
~~est~~ indulta pro petitis de peccatis si de peccanti non esset remissio accedenda
sed esset pena peccatori tunc prodest si eam in ecclesia catholica gerat cui
deus in persona btI petri ligandi solvendi que tribuit potestatem dicens
quecumque ligaveris super terram erunt ligata et in celis etc. Ad idem
est leo papa in sermone de btis aplis vbi dicit quod vis istius potestatis et
huius decreti constitucio ad omnes ecclesie principes commeavit sed non frustra

in dicta

vm conceditur quod omnibus intimat Ecclie igitur date sunt claues
pncipalr, sed qd scriptura dicat petrum etiam eas accepisse dicit Ios
quem allegat mgr in -e/ dis/ 29/ qp ideo petrus dicitur eas accepisse ut
omnes intelligat qp quicunqz ab unitate fidei et societate ecclie se separaue
rit nec peccatis solui nec celum ingredi potest Hec btus Ios/ Ad idem
est btus Augus in libro de agone xpiano dicens Non enim sine causa inter
omnes aplos huius ecclie catholice psonam sustinuit petrus huic enim
ecclie claues regni celorum date sunt cum petro et quod ei dr ad oes
dicitur Amas me pasce oues meas / Ad idem est Rabanus ille doctor
famosissimus qui dicit sic, Quamuis soli petro hec ptas data videatur ceteris
tamen aplis datur teste xpo qui insufflauit in eos dicens Accipite spm
sanctum quorum remiseritis pcta remittuntur eis et Ad idem est Augus
super Io/ et hr/ 2 -e/ q/ j/ quodcunqz dr petro tunc dictum est illud quod
cunqz ligaueris super terram et Non hoc facit ecclia dr, autem ecclia sit utrqz
que in terra ligantur et in celo et que soluuntur in tra soluta sunt in
celo quia cum excoicat ecclia, in celo ligatur excoicatus cum reconciliat
ecclia. In celo soluitur reconciliatus Si hec ergo in ecclia sit petrus qn claues
accepit ecclesiam sanctam significauit. quod exponit Archidiacons. i. sub si
gno et noie ecclie accepit Ad idem est glo ordinaria super illo Ad Ephe
4o/ quosdam quidem dedit aplos et/ Dic glo/ vice xpi predicat ac
oim ordinatores et iudices Ad idem est Augus in lio quonz noui et ueteris
testamenti, q/ 19/ et in sermone, 13o/ de aplis/ p. z paulo vbi dicit Dns
ihus xpus discipulos suos ante passionem suam sicut nostis elegit inter quos
pene ubiqz petrus solus meruit gestare psonam et propterea audiuit
tibi dabo claues regni celorum et sequitur Has autem claues non vnus ho
sed vnitas accepit ecclie Ad idem est auctas manifesta in c/ firmi de
suma trinitate et fide catholica vbi ponitur, fides nra pro qua si necesse est moriendum est vbi dicitur qp sacrm eukaristie nemo pt conficere nisi sacerdos
qui rite fuit ordinatus sm claues ecclie quas ipe concessit aplis et eorum
successoribus ihs xpus Ecce dicit claues ecclie non petri, et eas concessas
aplis et eorum successoribus non soli petro Ex quibus auctoritatibus scorum
pz qp ecclia accepit claues pncipalr ex commissione petri Sed ergo querere oportet
tecat vbi de hac commissione legatur, in euangelio nec alius locus aptior est
quam ut dictum est Mt 18/ Quecunqz alligaueritis super terram erunt ligata
et in celis et quecunqz solueritis super terram erunt soluta et in celis et
qp ptas clauium sit pncipaliter data ecclie in psona aplorum, quod satis
videtur probari ex textu euangelii Mt/ 18/ Attenta maxime historie narra
tione Nam Mt 16o xpus dicat petro uba promissiua Tu es petrus
et tibi dabo claues regni celorum Deinde in caplo, 17o/ in fine mandauit
petro soluere staterem pro eo et pro se Vnde quia ex hiis videbatur
eum constituere capitaneum supra alios ut dicit glo super eodem ubo ideo
statim continuatiue subditur in c/ 18 in pno In illa hora accesserunt ad
ihm discipuli dicentes. Quis putas est maior in regno celorum sed
in ecclia quia ibi glo exponit. i. in collectio iustorum Vnde pz qp tunc
euangelista loquitur de superioritate, et tunc quibusdam interpositis
xpus volens soluere hanc questionem de superioritate de qua querebat apli

+ totus eccle meruit

preditantes

sub iunxit in eodem capitulo Si peccaverit in te frater tuus vade et corripe
eum inter te et ipsum solum si te audierit lucratus es fratrem tuum
Si autem te non audierit adhibe tecum unum vel duos et infra
quod si non audierit eos dic ecclesie Si autem ecclesiam non audierit sit tibi
sicut ethnicus et publicanus Ecce dicit iudicium ecclesie esse supremum iudi
cium Et consequenter ut ostendat quale sit iudicium ecclesie et que sit eius potestas
statim subiecit Amen dico vobis quecunque alligaveritis super terram
erunt ligata et in celis et quecunque solveritis super terram erunt soluta
et in celis Ecce loquitur apostolis collective et eorum successoribus
non soli petro quecunque alligaveritis quecunque solveritis pluraliter
Et exposita sic potestate ecclesie sequitur de potestate Concilii generalis ibidem
quasi xpus vellet tollere tacitam questionem Potuissent enim dixisse xpo
apostoli Domine ecce sumus iam certificati de superioritate de qua querebamus
et scimus ubi debeat haberi recursus si frater fuerit incorrigibilis quia
ad ecclesiam et scimus quanta est potestas ecclesie quia extendit se ad celum et
ad terram Dic ergo nobis quomodo futuris temporibus ecclesie tue que per
totum orbem dilatanda est dicere poterimus seu hoc dictum adimplere
Dic ecclesie cum ecclesia nullibi simul congregata erit Ubi ergo querelas
huiusmodi audire poterit Respondit dominus quasi vellet dicere dicam ubi ubi
ecclesiam meam reperire poteritis Unde subdit consequenter Iterum dico vobis
inquit dominus apostolis Ubi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo
in medio eorum sum Quod de celebratione generalium Conciliorum
exponit Celestinus in epistola ad synodum Ephesinam ut dicit Isidorus
in libro Conciliorum cuius auctoritas est supra posita Ecce ergo potestas
generalis Concilii sumens fundamentum ex illis verbis evangelii Ubi
duo vel tres etc et ex illo dicto quecunque alligaveritis super terram
erunt ligata et in celis et quecunque solveritis super terram erunt solu
ta et in celis Ex qua auctoritate evangelii notari videntur Primum quod
claves regni celorum de quibus supra hic ecclesie per hec verba sunt
concesse patet cum eadem verba sub quibus erat facta promissio hic
exprimantur Dixerat enim xpus prius petro representanti universalem ecclesiam
verba promissiva tibi dabo claves regni celorum hic autem quod pro
miserat expresse donat omnibus apostolis seu toti ecclesie in persona eorum
quecunque alligaveritis super terram etc Secundo notatur in illis verbis quod
hec concessio facta est ecclesie in omni stabili firmitate patet per verbum
quod donationi premittitur Amen quod notat iuramentum Tertio
quod in hiis verbis intelligitur concessa potestas ecclesie non limitate vel in
certis casibus seu super certas personas sed in omni plenitudine patet
ex signis universalibus quecunque alligaveritis et quecunque solveritis
Quarto notatur ex dictis patet quod xpus voluit iudicium ecclesie esse
maius et supremum in terris et huic iudicio ecclesie etiam ipsum petrum
sive papam debere acquiescere patet Nam verba predicta si peccaverit
etc xpus dicebat ad petrum si ergo petrum instituit recurrere ad iudi
cium ecclesie in hoc quod ei dixit Dic ecclesie sequitur ecclesie iudicium esse

supius Si enim iudicium petri esset supius iudicio eccl[es]ie peccator post
iudicium eccl[es]ie non deberet reputari tanq[uam] publicanus, restaret enim
iudicium petri qui tanq[uam] supior examinare deberet iudicium eccl[es]ie
Cum ergo dicatur petro q[uod] incorrigibilitatem fratris debeat referre ad iu
dicium eccl[es]ie et non eccl[es]ia ad petrum sequitur q[uod] iudicium eccl[es]ie sit
maius supremum et finale Ite q[uod] ip[s]a includit sub iudicio eccl[es]ie exe
probatur q[uod] a correctione fraterna nemo fidelium excipitur Cum enim
quenlibet liceat fratrem corrigere et si non audiat debet iux[ta] doct
rinam predictam differri eccl[es]ie Ita et si ip[s]a nolit fraterne correctionem
adquiescere dz deferri ad iudicium eccl[es]ie, frustra autem differret si eccl[es]ia
non haberet p[otes]tatem in eum ferendi iudicium Sicut enim q[ui] secrete
admonitus non corrigitur lic[et] cum amone coram uno uel duob[us]
testibus Ita coram hijs amonitum si non adquiescat licitum est eum
differre ad iudicium eccl[es]ie Cum ergo ip[s]a non eximatur a p[ri]mo 2[o] 3[o] g[ra]du
correctionis fraterne ergo nec a 3[o] videlic[et] ut dicatur eccl[es]ie Unde illa auct[ori]tas
dic eccl[es]ie et si iuxta doct[ri]nam simam exponatur de prelato, tamen sicut pla
tus inferior cum amonitus contempnit, oz dici non sibi sed prelato supi
ori Ita erit de summo prelato, cum ipse non habeat prelatum supiorem si
si correctus doctrine euangelij noluit adquiescere oz dici eccl[es]ie si simul co
ngregata h[ab]eri posset sed quia haberi no[n] pot, dicendum est Concilio g[e]n[er]ali
ip[s]am rep[re]sentanti cui ip[s]a obedire tenetur et si non obedierit potest
puniri videlic[et] ex constitucione Concilij Constan[ciensis] Verum est enim docu
mentum ap[osto]li Omnis anima p[otes]tatibus sublimioribus subdita sit ad Ro
13o Nec ab hac v[er]itate excipitur anima pape sicut nec a correctione fraterna
Et autem summus pontifex comp[re]hendatur sub nomine fr[atr]is p[atet], q[ui]a petrus
in cuius locum succedunt summi pontifices aliorum eccl[es]ie membrorum
se fr[atr]em asserit Act[uum] 1o Ubi dicitur Exurgens petrus in medio
fratrum dixit Erat autem turba hominum simul fere centum viginti vi
ri fr[atr]es oz impleri scripturam quam p[re]dixit sp[iritu]s s[an]c[tu]s p[er] os dd Ecce
ergo habemus ex auct[ori]tate euangelij et dict[is] s[an]c[t]o[rum] p[otes]tatem p[otes]tatem eccl[es]ie esse
supiorem p[otes]tate pape et qualicu[m]q[ue] p[otes]tate in t[er]ris et quod dicit de p[otes]t[at]e
eccl[es]ia intelligendum est de concilio g[e]n[er]ali ll[egitt]ime congregato ip[s]am rep[re]sentante

Veniamus ultimo ad decreta sacrorum Conciliorum et incipiamus a p[ri]mo
Incipiamus ergo p[ri]mum in ma[teria] et concilio[rum] de quibus fit mencio in
actibus ap[osto]lorum In p[ri]mo nam[que] Conc[ili]o de quo Act[uum] 1o de electione
Mathie in ap[osto]latum habetur q[uod] licet petrus qui p[ri]mus erat unde d[icitur]
Exurgens petrus in me[di]o etc. tanq[uam] sicut cetibus honorabilior et pro
ut spectat ad presidentem proposuit et conclusit sic faciendum Actus tamen
qui videtur maiore auct[ori]tatem et iurisdictionem fuit omnibus comm[unis] Nam dicitur
de omnibus q[uod] statuunt duos et dederunt eis sortes et cecidit sors sup[er]
mathiam Ecce dicitur statuerunt et non dicitur petrus statuit In secu
ndo concilio de quo Act[uum] 6o hec auct[ori]tas eccl[es]ie et concilij ip[s]am
representantis clarius exprimitur Nam dicitur ibidem q[uod] duodecim
ap[osto]li conuocata multitudine discipulorum dixerunt Non est bonum

nos derelinquere verbum dei et ministrare mensis Considerate ergo ex vobis
septem viros boni testimonii plenos spiritu sancto quos constituamus super
hoc opus Et infra dicitur quod imposuerunt eis manus Constat autem quod hec maxime
secte notant in omnibus apostolis ergo autem quod dicit Constituamus
non dicit petrus constituit et dicit imposuerunt, non est dictum petrus
imposuit Ex istis inferuntur duo primum quod nedum statuere sed etiam ad con-
silium quoddam est eos non solum petro sed omnibus apostolis patet ex illo
ubi tum dicitur Duodecim apostoli convocantes, ex qua scriptura ortum habere
potuit decretum concilii Constantiensis de perpetua generalium conciliorum in fu-
turum celebratione Secundo infertur quod non solum tractare causas fidei
sed etiam ministros ecclesie in eorum officiis et beneficiis instituere pertinet
non solum ad petrum sed etiam ad omnes apostolos et eorum successores
scilicet pontifices, patet ex illo verbo tum dicitur, quos constituamus super hoc opus
facit ad hoc quod dicitur titum primo ubi paulus mandavit archiepiscopo Crete
constituere episcopos per civitates et ita non ad solum petrum hoc pertinere videtur
Et ita hodie decretum est in Concilio generali quod Archiepiscopi exacta elec-
tione electos in episcopos confirment ut res redeat ad eum statum in quo
prius fuit In tertio autem Concilio de quo actuum xv habetur, satis hoc idem clare
ultimo patet Cum enim Jacobus ultimo judicavit non dixit quod petrus qui preside-
bat judicavit, sed dicit Simon narravit Jacobus vero sententiam dixit dicens
propter quod dicit Ego judico non inquietare eos qui ex gentibus conver-
tuntur, Epistola etiam non nomine petri sed apostolorum et seniorum ministrorum nobis
facta dicitur In quarto etiam concilio de quo actuum 21° patet idem quando
paulo fuit iniunctum a congregatione seniorum ut deberet se confor-
mare in cerimoniis legis mosaice actuum ibi notatur textus quod sed
Hoc ergo fac quod tibi dicimus similiter quod petrus adquieverit iniunctis
sibi et ordinatis per Concilium Et quod obedierit Concilio patet manifeste actuum
8 ubi dicitur quod audientes apostoli quod samaria recepisset verbum dei mise-
runt ad eos petrum et johannem et petrus absque ulla distinctione statim discussione
iniuncta complevit Missio autem de sui ratione importat auctoritatem in mittente
respectu missi arguitur eius quod dicitur luce 7° Nam et ego homo sum sub
potestate constitutus habens sub me milites, et dico huic vade et vadit, et
alii veni et venit et servo meo fac hoc et facit Item patet hoc ex concilio
magno Niceno sub Julio papa et constantino principe celebrato ubi in
cedula dicitur Hec est fides quam exposuerunt patres primum quidem adversus
arrium blasphemantem et dicentem creaturam filium dei et adversus omnem
heresim extollentem se et insurgentem contra catholicam ecclesiam quam
cum auctoribus suis dampnant aput Niceam civitatem, 318, in unum
congregati quorum nomina cum provinciis ibidem sunt subscripta
Ecce manifeste apparet auctoritas concilii in Concilio Niceno representantis
plenam ecclesiam, scilicet quod aliud habeat potestatem judiciariam patet ex verbo dampnant
quod notat sententie prolationem Item patet hoc ex concilio Affricano in quo
cum legati pape ostendissent litteras et proposuissent intencionem suam remissio
facta fuit ad decreta Concilii Niceni pro deliberatione supposita fa-
cienda Ecce reverencia decretorum Concilii generalis de quo infra dicetur

in conclusione sequenti Item patet ex aliis Conciliis generalibus de quibus per
Ysidorum in libro Conciliorum in quibus reperitur sic dictum, sancta synodus
vel sacrum concilium statuit vel diffinit declarat eciam anathematizat vel
placuit aut placet sancte synodo etc., et in subscripcione episcoporum qui interera(n)t
sinodis reperitur sic dicentes Ego N. episcopus diffiniens scripsi vel iudicans
vel statuens Item patet auctoritas Concilii generalis supra papam et eciam super
alios omnes ex decretis concilii Constanciensis famosissimi Cui Johannes 23us in principio
presidebat Cum enim ut habetur in gestis eiusdem concilii ipse Johannes papa de
Constancia clandestine recessisset ex cuius recessu quidam putabant concilium
esse dissolutum statim successive facte sunt tres sessiones in quibus declaratum
est quod ipse Johannes non posset mutare aut transferre ipsum concilium Constanciense ad
alium locum neque curiam ibi tunc existentem, declarans ~~censuras~~ per eum fac
tas vel fiendas in quantum iuritas et ~~inanes~~ inanes Item quod non crearet novos Cardinales
quos volebat pro non Cardinalibus haberi, nec prelatos transferret in preiudicium
Concilii Constanciensis Item tunc declaravit duo decreta, de potestate conciliorum genera
lium Item in alia sessione indixit eciam formam procuratorii per quam
Johannes papa 23us deberet renunciare papatui seu constituere procuratores ad renun
ciandum Item eadem Synodus ~~per~~ postea contra eundem Johannem protulit sententiam deposicionis
et eieccionis a papatu, propter symoniacam pravitatem et alia scelera de quibus
fuerat concilio delatus Que omnia facta istius concilii sunt et erunt sempi
ternum memoriale in cronicis Ex quibus manifeste apparet quod Concilium
generale habeat iurisdiccionem super papam quod quilibet sane mentis cognoscere
potest Item patet quod hoc idem ex sessione 39a Concilii Constanciensis ubi factum
est decretum de perpetua conciliorum generalium in futurum celebracione ubi sta
tutum est eciam forma iuramenti quam quilibet electus in Romanum
pontificem prestare debet et inter ceteras clausulas inseritur hec quod papa iuret se
tenere fidem secundum tradicionem sacrorum generalium conciliorum Si ergo iurare
debet servare fidem secundum decreta conciliorum non videtur quod ea possit pas
sim ad suum libitum revocare De quo tamen dicetur in 6ta conclusione Ita
quod cum concilia generalia infligant penas summis pontificibus propter perpe
tratos excessus et statuant eis legem per quam in futurum suas dirigant
acciones Et ecclesia universalis seu concilium generale ipsam representans deponit papam
papa autem non potest deponere aut destituere ecclesiam a sua dignitate cum ipsa
duratura est usque ad finem seculi manifeste apparet superioritas ecclesie universalis
et concilii generalis supra papam et presertim cum agitur de fide destruccione
scismatis et reformacione ecclesie in capite et in membris seu de pertinen
tibus ad illa, et si superior ipso papa concilium est ut sit superior omnibus aliis me
bris ecclesie quod sic adhuc ostenditur tali racione, licet enim unicuique rei insit
virtus se conservandi in esse et contrariis resistendi, hoc tamen non
est in summo gradu ita quod possit forciori potestati resistere sed in certo gradu
ita videlicet ut subiaceat violencie maioris virtutis ut patet manifeste in
animantibus que occiduntur et consumuntur a forcioribus in virtute In ecclesia
tamen virtus et potestas conservandi se a nulla ~~separari~~ superatur virtute in terris quod patet
manifeste ex illo verbo Christi Matthei 16o Et porte inferi non prevalebunt
adversus eam Cum enim testante Job 41o non sit virtus super terram

que huic competit. s. ptati leniatan et hec non potest adversus ecclesiam
prevalere, sequitur quod ancilla data viiire potius separari Item alia probatio
ecclesia dei nichil est forcius, ergo sequitur quod nec ipsa erit ea fortior vel
superior patet ante per b. Crisostomum in Omelia que incipit Multi quidem fluctus
vbi dicit quod ecclesia dei nichil est forcius que carior est xpo quam celum, non
enim est ecclesia propter celum sed celum est propter ecclesiam, propterea ecclesia
pluris approbavit et recepit euangelium cum alii plures scripserint euangelium
ut thomas et Nicodemus ecclesia tamen solum quatuor euangelia in auctoritate
recepit Vnde nec Augustinus crederet evangelio nisi eum ecclesie auctoritas com
moveret, prout scribitur hic, hic repetitur, similiter plures tractaverunt bibliam,
Translaciones nec tamen omnes relaciones sunt recepte, similiter multa sunt que non continentur
in corde biblie que tamen ecclesia tenet et approbat sicut euangelii veritatem
Et hoc non est nisi ex eo quod in ea est summa auctoritas et plus potestas super omnia
membra eius, que quicquid approbat tenendum, quicquid reprobat fugiendum
preterea si concilium generale non habet iurisdictionem supra propriam papam sequitur
Depositio quod depositio facta de Johanne 23o per concilium Constanciense non fuit iusta neque
neque valida cum facta fuit ab eo, qui potestatem non habebat et sequitur ulterius
quod electio facta de domino Martino papa non fuit canonica cum facta fuerit
vivente superstite Sequitur etiam quod omnes episcopi promoti per Martinum papam
non habebant titulum in suis dignitatibus, nec erant pastores animarum
nec faciebant fructus suos sed tenentur ad restitucionem et similiter alii bene
ficiati et Rectores ecclesiarum parochialium promoti per Martinum papam et
per episcopos ab eo promotos non habebant titulum in suis beneficiis, nec erant
pastores animarum nec habebant potestatem ligandi neque solvendi que si bene
sonat quilibet potest iudicare Omnia enim vident inconveniencia et alia plura
que sequuntur ex illis Item nemo ambigit Concilium generale habere aliquam
potestatem vel ergo habet eam vniversalem vel particularem Si vniversalem ergo hec potestas
extendit se ad papam ut ipsius iudicio supponatur quia de racione vniversalitatis
non exceptive est ad omnia posse extendi Si particularem hoc est contra dictum
euangelii ubi dicitur toti ecclesie in persona apostolorum quecumque alligaveritis
super terram etc. Mt. 18, que loquitur de vniversali et tamen de prima probacione,

Secunda probacio quod iudicium ecclesie sit dignius ac superius sumitur ex consideracione 501
nominis et rei signate per illa que in sacra scriptura dicuntur de ecclesia que
tamen ipse non potest competere dicitur nanque de ipsa ecclesia quod est mater Eccl. 24o Ego
mater pulchre dileccionis Item dicitur domina gencium Trenorum 1o, Item regina
Ps. 44o Astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato etc. Item dicitur
sponsa, Can. 1o, et Apoc. 21o Vidi civitatem sanctam ihrlm novam
descendentem de celo Et infra Tanquam sponsam ornatam viro suo
Dicitur etiam corpus xpi Ad Ephe. 1o Ex prima itaque applicacione, cum ecclesia sit
mater, papa vero filius ipsius Racione igitur excellencioris dignitatis que
est in matre, et racione honoris et obediencie que a filio debentur matri cen
setur esse inferior matre sua, nec potest dici quod ipse propter sui excellenciam
et dignitatem non sit filius ecclesie dicit enim beatus Augustinus in libro de sim
bolo Tractatu iiiio Quicunque ab ecclesia separatus inventus fuit alienus

erit a nūo filiorū dei nec habebit deum prem qui ecciam noluit hre
mrem Et alibi dicit qz cum ecclia sit sponsa xpi unica qz filios omēs
quos xpus h3 hec ecclia gignit sibi siue pturit Ex hc sequi multoim
dici posse qz ipa sit par ecclie cum nullus sit pater siue mris dicit
eni saluator Mt 23o/ dicit qz unus est pr ur qui est in celis/ sic
tercius in ~~ecce~~ est unica ecclia om fidelium mr/ 3o deduci pt sūioritas in
ecclia respectu ppe ex eo qz ecclia dr domina ppa uero et epi non dni
sed iux auctem apli dicunt mistri et dispensatores misterioz dei
vnde et xpus cum de maioritate docet aplos dix Mt 20/ quicunqz in
uos voluit maior fieri sit vester mister Ite luc 22o Ego sum in medio
uiri sicut qui ministrat vnde ppter hoc quenit ppe appellari summum
ministrum ecclie et esse seruum seruorum dei/ qz qz sit uicarius ihu xpi q
est dns et sponsus ecclie facit ad hc quod dicit cont qz diuinum rerum
tpalium que ab ecclia possidentur est apud ecclia tangm dnam apud
uero epos tangm dispensatores et ministros sponsi/ 3o proba qz sūori
tas est in ecclia ex eo qz in ecclia dicitur regina Est eni quia eius q
est rex regum et dns dnancium et pnceps regum tre Apoc 1o de
quo supra allegata est auctas btī aug in libro de doctrina xana
It 4o ex eo quia ecclia est sponsa xpi ppa uero non dr sponsa sz para
nimphus ecclie ut dicit btus brn in libro de osideracoe ad eugeniu/
Cristus eni sponsus est ecclie Mt 25o Ex qua denominacoe satis appz
dignior excellencia ecclie resp ppe Vnde ex hac consideracone Augustin
in libro de simbolo dicit qz ecclia totum possidet quod a viro suo accepit
in dotem Si totum possidet iux doctrinam Aug ergo absqz omni ex
tingeret sedem apostolicam vacare quod electio Romani pontificis non in
alio loco fieri deberet nisi in concilio generali quod decretum etiam ipse
Eugenius per suam adhesionem approbavit expresse sicut et omnia alia de-
creta facta et fienda Ex quo ergo sedes vacavit per deposicionem poterat
huiusmodi electio fieri canonice ac iuste premissa citacione ultima con-
Cardinales et alios sua interesse putantes Nec videtur huic obstare / c /
licet de vitanda de elec / ubi dicitur quod ecclesia Romana superior est

alijs quia ibi ad superiorem non potest recursus haberi quod loquitur de diffi
cultatibus emergentibus ita electorum summi pontificis Si hoc ergo non potest
ad superiorem recursus haberi ergo nec ad concilium et per consequens non poterit
electio fieri in ipso concilio / sed non obstat hic loquitur enim ibi Alexander
3us habendo respectum ad tempus in quo vacante ecclesia Romana concilium
generale non erat congregatum nec sperabatur congregari Alias illo con
gregato posset ad illud haberi recursus super difficultatibus emergentibus
ita electorum romani pontificis / arto c / si duo / 19 / dis / et ibi notatur
in glosa / et per Jo / an / in c / 1o / de renunciatione / libro 6o / de novella / si
enim non posset / iniuste intromisisset se Concilium constantiense de depositione
Johannis / 23 / et de electione Martini pape qui a toto orbe pro summo pontifi
ce receptus et habitus est nec usque nunc per quempiam dicenti esse contrarium
receptum est Constat igitur quod ipsa electio facta a Concilio basiliensi de domino
felice fuit et est canonica / atque iusta / igitur tertia pars conclusionis vera /
Sed pro 4ta parte quoniam quod videlicet ipsi domino felici ab omnibus christifideli
bus sit prestanda obediencia sub periculo salutis eterne / probacio ex precedenti
bus notissima est Si enim electio eius est canonica / ex 2a parte huius conclusionis
Igitur pro summo pontifice est habendus et per consequens sibi obediencia
cunctis christi fidelibus est prestanda pro quo possent adduci multi ca
nones ut patet hic expresse per extravagantem bonifacij unam sanctam / que ex
presse determinat quod subesse romano pontifici omni humane creature est
de necessitate salutis et patet per illud Ro 13o / Omnis anima potestatibus subli
mioribus subdita sit Non enim est potestas nisi a deo que autem sunt a deo
ordinata sunt Itaque qui potestati resistit / dei ordinationi resistit qui autem
resistunt sibiipsis dampnacionem acquirunt Item patet per illud deut 17 /
ubi dicitur qui autem superbierit nolens obedire sacerdotis imperio qui
eo tempore ministrat domino deo tuo et decreto iudicis moriatur homo
ille / facit ad hoc quod dicit Maximus est in epistola directa orientalibus quam
allegat beatus Thomas in tractatu contra errores grecorum Cuius quidem
epistole verba sunt ista Coadunatam et fundatam supra petram confessionis petri
per dominum universalem ecclesiam sine difficultate salvatorem in qua necessario salutis
animarum nostrarum est manere et ei obedire suam servantes fidem et confes
sione Si itaque ecclesie universali obediendum est ut deductum est in quarta
conclusione ergo et summo pontifici ab ea electo Cum enim ecclesia universalis non
videtur errare posse ita electorum Romani pontificis ex quo hoc videtur
esse de pertinentibus ad salutem Nec in hoc casu adhibenda est aliqua
neutralitas ut videlicet nec electo nec deposito prestetur obediencia probacio
huius patet ex probacione 2e partis istius conclusionis / si enim tamen domino
felici obediendum est et non alteri / sub periculo salutis eterne non potest
ibi esse aliqua neutralitas / esse enim in neutralitate aut est esse in ecclesia
aut extra ecclesiam tamen non detur medium / si 2m dampnabile est secundum
beatum Augustinum in libro de fide ad petrum extra ecclesiam enim nemo salvatur
ut in c / firmiter / de summa trinitate et fide catholica Et secundum beatum Jeronimum
Quicumque ab unitate fidei et societatis ecclesie se separaverit / nec peccatis solvi

a cunctis

Coadunata

nec ecclesiam ingredi potest ut supra allegatum est Si primum scilicet in ecclesia
sic esse est sub esse summo pontifici vel ergo uni tantum vel pluribus Non secundum
quia plures simul esse non possunt exquo probatione non eget, ergo sequitur
quod uni tantum Et si uni vel ergo ab ecclesia vel reprobato vel ab ecclesia vel
electo Si primum hoc est resistere vel ecclesie et subtrahere se ab obedientia
illius quod est dampnabile ex quarta conclusione Quicquid enim ecclesia
reprobat pro reprobato habendum est Unde et evangelium si ecclesia non fuisset
receptum recipi non deberet ut supra allegatum est Si vero ab
ecclesia electo et hoc est verum sub esse vero summo pontifici et per consequens
non esse in neutralitate, preterea non potest quis esse simul esse fidelis
et infidelis, cum fides sit virtus que consistit in indivisibili Nec
sufficit credere unum articulum, nisi credantur omnes cum fides in se
comprehendat credulitatem omnium articulorum Unde dicit beatus Thomas 2a/
2e/ q/ v/ articulo/ 3o/ quod qui discredit unum articulum fidei non habet
Situm fidem formatam/ neque informem/ et paucis interpositis dicit Manifestum
est quod ille qui inheret doctrine ecclesie tanquam infallibili regule omnibus
assentit que sancta mater ecclesia docet Alioquin si de hiis que ecclesia
docet/ que vult tenet, et que vult non tenet, non inheret ecclesie
doctrine sicut infallibili regule sed proprie voluntati Hec beatus Thomas
Constat autem quod non inherere doctrine ecclesie dampnabile est Exquo
ergo iste casus de quo sermo est contingit fidem quia articulum quo
creditur ecclesiam esse sanctam ergo in hoc casu non potest quis
esse neutralis sine peccato infidelitatis et sine periculo salutis et ne
Sicut enim peccatum mortale contrariatur caritati Ita et secundum beatum Thomam
ubi supra discredere unum articulum contrariatur fidei Sed caritas non
manet in homine post unum peccatum mortale, ergo neque fides postquam
discreditur unus articulus fidei/ Nec tantum videtur in hoc casu immo insa
num et dampnabile sequi vocem et tumultum populi si in contrarium
mittetur cum non est commissa deffensio fidei qui audire tenetur et
obsequi non docere Docendus quippe est populus non sequendus 62/
dis/ Docendus/ Nec in hoc casu prelati ecclesiarum referre se debent ad
summum pontificem tantum dicatur enim a quibusdam videant illi qui
dissident de papatu cum convenerint in unum illum sequemur qui sep
dus erit Res enim hec fidei est, cuius defensio pertinet non ad solum
summum pontificem, sed et ad omnes prelatos qui succedunt in locum
apostolorum Unde paulus non restitisset petro in facie qui fuerat eo super
ior in administratione nisi fuisset ei par in fidei deffensione ut dicit
beatus Thomas 2a/ 2e/ q/ 33/ ar 4o/ 2o/ ad 2m argumentum Nec in
casu hoc utilis est dilatio ad adherendum uni parti immo dampnabilis
Aut enim expectatur victoria unius partis aut clarior informatio de veritate
questionis in huiusmodi materia sic exorta sed utrumque erroneum est Nunquam
enim si pars huius iniusta causam vincere videtur licet multitudine non
vincet quia fides semper invicta manebit sicut et ecclesia cui innititur Sed

sub pressuris et tribulacionibus non vincitur sed vincit eidem adherendum
esset Absit Dumus enim diceret trucidatoribus martirum et confessorum apostolorum
qui fidem conabantur extinguere adherendum esse, et si vincere videbantur
non vincebant, sed trucidatos efficiebant victores, plusque trucidantes af
fligebant quam trucidati, quibus fuit una mens ut eos nec violencia
frangeret, nec ira subverteret, nec a devocionis obsequio timor mortis
cohiberet ut dicit beatus Ciprianus in epistola de laude martirii Numquid
si princeps aut plures alicuius terre a fidei veritate et doctrina discedere vellet
vel actu discederet sequendus esset, Absit, Si autem in hac re dilacio
eligitur ut habeatur clarior informacio Nonne est hoc secundum esse
dubium in fide dubius autem in fide hereticus est Vnde enim potest expectari cla
rior certior et verior informacio quam ab ecclesia vel, cum summe doctores
sua dicta summitebant tanquam regule infallibili que errare non potest
expressa canone Si alibi recepta fuerit suspecta nec de bono metallo
et iusto pondere presumitur fabricata Sic suspecta erit doctrina quam
expectant sub neutralitate stare volentes si enim ~~non~~ eam recepit non de
publica officina vniversalis ecclesie Nonne moneta de falsitate suspecta
afferenda est, in publicam officinam ut probetur Nonne si doctores catholici
in materia fidei sibiipsis contradicerent, ad ecclesiam esset hec oracio referenda
cuius determinacioni standum esset Est ne aliam in casu isto sicut et in
aliis omnibus plus credendum quam xpo filio dei dicenti petro Si te
non audierit dic ecclesie tanquam tribunali summo vbi est doctrina pu
blica indeclinabilis et sana cui nullus nisi hostis xpi contradicere potest
Non est ergo neutralizandum in hac re cum sit res fidei, hic est enim
claudicare ad vtramque partem more prophetarum baal, quibus dictum est
per heliam prophetam 3 Re 18 vsquequo claudicatis in duas partes
Si dominus est deus sequimini eum, si autem baal sequimini illum Quid
illis claudicantibus accidit scriptura ibidem testatur quia interfecti
in torrente Cison, et quod illis in corporibus accidit formidandum ne idem eve
niat neutralizantibus in animabus eorum et presertim quibus cura animarum
a domino est commissa, hoc est enim esse neque calidum nec frigidum Apoc
3 vtinam esses calidus aut frigidus, sed quia tepidus es, et nec cali
dus nec frigidus incipiam te evomere ex ore meo, Non recta quippe
est incedunt neutralitatis viam amplectantium et dicentium Cum partialiter
adheserint illa sequimur, si de recte sapientibus intelligetur recte dictum esset intelligetur
Non sola locucio sufficiat ad professionem fidei xpiane iuxta dictum beati
Gregorii in omelia dicentis In plebe xpiana sunt nonnulli, qui xpum
ideo profitentur quia cunctos xpianos esse conspiciunt Nam si nomen xpi
in tanta gloria hodie non esset tot professores xpi ecclesia non haberet Non
ergo ad professionem fidei vox sufficiat quam defendit a contumelia pro
fessio generalitatis Hec ibi Et hec pro optime sentencia et professione
veritatis nostra, quam ex divinis et canonicis collegimus scripturis, et quam in

sancte
hac inusitate pro fidei sue custodia posuit et celestis maiestatis sti-
pendijs sol soli sub umbra protectoris pre quiescentibus cunctis qui zelum
xpiane religionis habent quibuscumque salutis cordi est et potissimum huic
inclito regno amplectendam tenendam et profitendam persuadeo
et predicavi, nec quod creator omnium et redemptor auctoritate dei ut verba
in exordio dicta recenseamus ab utero sancte matris ecclesie per concilium
generale predictam veritatem representante. obiectantes alii quam plures
de ipsa sentiendo ad devia et falsa prolabi videamur (videantur), quam hec est so-
la et unica mater nostra per quam regeneramur ad vitam extra quam salus
esse non potest Et ob hoc si quis eam deseruerit, si quis eam docentem tan-
quam vitam matrem non audierit ut ad falsa corruat falsa sen-
tiat et loquatur necesse est propheta testante Erraverunt ab utero locuti
sunt falsa Quaobrem cum hec veritas talis sit ut nulla ratione taceri
debeat aut possit nos eam taliter ut premisimus profitemur Oramusque
altissimum spiritum veritatis ut cuncti ecclesiarum prelati et fidei columpne
quibus est commissa fidei defensio tanto ferventiori spiritu et promptiori
animo eandem prosequantur quanto maiorum suarum sibi que commissarum animarum
involucrum periculo si iam requisiti obmutescerent aut quibuscumque
suspensionibus ulterioribus indulgerent Et ne sensum proprium inniti vide-
amur hec scripta circa ecclesie universalis generalis necesse est, et dominum per v-
iudicio in quo viget divini et humani iuris peritia corrigenda
limanda et emendanda submittimus parati in hijs que contra occulte dige-
sta forent sentire credere et tenere sicut sentit credit et tenet universalis
ecclesia in qua error subesse non potest Amen

Incipit quidam brevis tractatus pro notulis ambaxiatoribus de obediencia danda domino felici

Quia nonnulli propter ignoranciam alij intuitu proprietatis seu parcia-
in dei ecclesiam ponende recusant aut saltem differunt obedienciam prestare domino
nostro summo pontifici felici pape quinto ad necessitatem aut in locum ac
cedere volentes visum est cuidam zelatori salutis animarum et auctoritatis
ecclesie ac sacrorum generalium conciliorum quod principes xpiani et prelati ac
ceteri in eadem materia hesitantes per oratores sacri concilij Basiliensis et
eiusdem domini nostri sanctissimi felicis ac per alias pias et litteratas personas
de partibus sequentibus apte informandi sunt iuxta tenorem scriptorum
et hesitaciones relinquendo ampliora et subtiliora ac iuris divini
et humani allegaciones complures quas quidem partes multa noverunt colligere
pro et elicere ut talem hesitantem constantes servatis ad plenariam obedienciam
prefati domini nostri sanctissimi domini felicis reducantur. Pro quibus
declarandis ponuntur ista tria fundamentalia Primo quod summo pontifice
a dei ecclesia data seu a concilio generali eandem representante vel a quolibet convocato

tanq verus summus pontifex recipi et teneri. Ista propositio multipliciter probatur
et declaratur. Primo sic: Xpistus sufficienter instruxit suam ecclesiam in sacra scri-
ptura de hiis que pertinent ad suam conservacionem seu de membris ipsam constituentibus
inter que primum et principalissimum membrum est summus pontifex, ut eciam omnia
que evidenter consequencia ex sacra scriptura educi possunt ad fidem pertineant, ut dicunt
doctores. Sed ecclesia dispersa non loquitur sed dumtaxat concilium generale
ipsam representans, tamen super inobliquabiliter et recti iudicii eadem promis-
sio facta est qualis facta est ecclesie in multis locis sacre scripture, ut Mathei
18: Ubi duo vel tres congregati sunt in nomine meo ibi sum ego in medio
eorum. Igitur secundum veritatem infallibiliter credi oportet concilio generali ecclesiam
representanti quis sit verus summus pontifex, et quis non, et per consequens secundum veritatem
fidei simplex xpistianus debet recipere illum pro summo pontifice qui a concilio
generali sibi datur. Secundo declaratur sic: Quilibet bonus catholicus debet
audire ecclesiam in hiis que pertinent ad fidem. Sed ad fidem pertinet debere
esse unum summum pontificem in ecclesia, cum Xpistus Petrum tanquam summum
pontificem in ecclesia ordinavit, cum sibi dictum est: Pasce oves meas, Jo.
ult. ipsum ibidem ceteris apostolis preferendo, volens eidem Petro alios summos
pontifices usque ad finem mundi succedere. Ergo sequitur quod ille qui pro summo
pontifice ab ecclesia datur debet a quolibet bono catholico tanquam verus summus
pontifex recipi et teneri. Preterea in hiis non solum que pertinent ad fidem, sed ad
bonum regimen universalis ecclesie oportet audiri ecclesiam iuxta glosam super illo verbo Jo. 16:
Cum venerit spiritus veritatis docebit vos omnem veritatem. Glosa necessariam
ad salutem non solum pro personis vestris sed eciam ad regimen ecclesie
et fidelium instructionem. Sed ad bonum et salubre regimen ecclesie et fidelium
instructionem pertinet esse unum summum pontificem qui inferiores habet dirigere,
corrigere, instruere et actus ierarchicos ad reductionem ipsorum in suum
finem exercere. Ergo oportet dicere quod ille qui ab ecclesia pro summo pontifice
populo datur debet pro summo vero pontifice recipi et eidem tanquam summo
vero pontifici obediri. Amplius sicut quilibet bonus catholicus tenetur credere
ecclesie super hiis que pertinent ad suum esse sic eciam est una ex ordine ipsius ▷ tenetur credere
ad Xpistum qui est caput eiusdem generale, sic et est una ex ordine ipsius ad ecclesie secundum hyis
summum pontificem qui est caput ipsius ministeriale, alioquin non esset aliquid que pertinet
monarchicum regimen in ecclesia nisi respectu Xpisti, quod est absurdum dicere. ad suam uni-
Cum Xpistus pro vicario suo summum pontificem in terris reliquerit, sequitur ergo tate. cum unitas
quod necessarium est credere illum esse summum pontificem Xpisti vicarium qui ab consequitur esse
ecclesia seu a concilio generali eandem representanti cetui xpistiano seu populo catholico sed etiam catho-
datur. Preterea ubi est varietas in iudiciis super hiis que pertinent ad con- licam ◁
secucionem vite eterne, cum homo in hac vita super sua salute non possit
esse perplexus secundum doctores, oportet quod aliquod iudicium pro sua perplexitate
tollenda debeat recipere. Sed nullum est tam certum iudicium sicut
iudicium ecclesie, cum illa sit columpna et firmamentum veritatis, secundum
apostolum 1. ad Thimotheum. Ergo sequitur quod ubi ecclesia iudicat unum esse sum-
mum pontificem seu concilium generale, quilibet bonus catholicus sibi credere
tenetur etc. Item in dubiis ecclesia oportet quod sit veritas ad quam in dubiis
fidei concilium generale vel sedes recurrere et eciam ad ea que pro-
quam

plenariis indulgentiis tribuendis ac dispensacionibus et aliis sibi
soli reservatis attendatur ad licitum aut salubriter actendi non potest nisi
primitus quis est ille cognoscatur sed nullum est certum inobliquabile
iudicium in hiis que salutem humanam respiciunt nisi dei ecclesia aut
concilium generale eandem representans / quare necessario oportet credere Concilio
generali quis est summus pontifex et illum quem pro summo pontifice reci-
pit acceptat / Confirmatur Oportet credere aliquem quis est vicarius Christi et quis non
alioquin xpus non sufficienter providisset saluti hominum aut ecclesie sue in
qua necesse est esse unum summum pontificem saltem ad sui bene esse / nisi
vacante sede; sed nullus alius est inobliquabilis nisi ecclesia aut concilium
generale habens specialem xpi assistenciam ex promissione eius in sacra scriptura
ergo nulli alii necesse est infallibiliter credere nisi ecclesie aut concilio ge-
nerali Ceterum ex primis naturalibus ex suo iudicio hominis ~~et omne~~ non potest sciri quis
est summus pontifex in ecclesia cum status summi pontificis supernaturalis existat
et a xpo pro bono regimine sue ecclesie et ad consequendum vitam eternam spe-
cialiter institutus; sed de hiis que sunt supra naturam et que ~~extendit~~ excedunt
racionem iudicium hominis maiorem et certiorem noticiam habet ecclesia quam quecumque
persona aut comunitas privata cum eius a salvatore suo pro speciali providencia
promissum dicitur sit cum venerit ille spiritus veritatis docebit vos omnem veritatem
Jo 16 et Math ult. Vobiscum sum omnibus diebus usque ad consumacionem
seculi quare sequitur quod necessario credendum est ecclesie seu concilio generali
quis est vicarius Christi et qui non eius concilium generale pro ecclesia loquatur De-
inde secundo sic, secundum omnes doctores obediendum est superioribus in hiis que
pertinent ad statum sue prelacionis iuxta illud apostoli Obedite prepositis vestris,
sed ad prelacionem ipsius concilii respectu cuiuslibet xpiani pertinet eligere
et dare xpianis summum pontificem Non enim convenit cardinalibus nisi
ex ordinacione ecclesie seu concilii, ergo sequitur quod concilium generale maxime in de-
fectu cardinalium summum dare debet populo xpiano summum pontificem et per consequens
eidem obediendum est a quolibet bono catholico, et sic patet conclusio multiplici
via pro premissa // Ex qua propositione et eius declaracione manifestum est neu-
tralitatem respectu summi pontificis a Concilio generali electi esse erroneam
nec nullatenus posse subsistere cum veritati fidei et sacre scripture ut
satis declaratum est repugnat saltem ipsius assercio Sed forsan adversarii
sacre scripture istis obviaret quod racione scismatis aut maximi scandali
segregare in dei ecclesia insurgentis licet se ab utroque se gerente pro summo pontifice sub-
trahere sicut tempore alterius scismatis factum est ut pax et tranquillitas ~~est~~ in consciencia
catholica habeatur iuxta doctrinam xpi, si oculus tuus scandalizat te erue
eum abstice / et illud apostoli si esca scandalizat fratrem non manducabo car-
nem in eternum, summus autem pontifex est oculus populi xpiani et escam
spiritualem populo xpiano ministrat Ad hoc ergo ut declaretur quod nec ~~non~~ propter scandalum
nec ~~aut~~ propter ~~sanctissima~~ debet quis omittere obedienciam prestare summo pon-
tifici a concilio generali dei ecclesie seu populo xpiano dato ergo enim non racione
scandali quod oritur in ecclesia ex hoc quod duo se gerunt pro summis pontificibus
quod secundum doctores et si veritas iustitie et veritas doctrine debeat omitti propter

scandalum vitat tamen vitare nunquam omitti debet propter scandalum adver-
tatem cum vite pertinet obedire illi qui pro summo pontifice populo xpiano
datur a concilio generali cum teneatur credere talem esse summum pontificem
et nullum alium ut declaratum est superius. Secundo hoc eciam ostenditur quod non con-
scismant quia si sic in dei ecclesia non est scisma nisi quia non obeditur
a quibusdam ei cui debet obediri videlicet qui datus est ab ecclesia populo
xpiano pro summo pontifice qui non debet dubitari quin sit verus pontifex ecclesie ver
ut declaratum est in prima propone nunquam autem est malum faciendum ut eciam
sequatur bonum quod fieret si non obedire ei qui datus est ab ecclesia seu
a concilio generali ut tollere scisma ab ecclesia quod omnes principes xpiani insurgant
contra gabrielem a papatu propter sua demerita depositum et tanquam here-
ticum et scismaticum a dei ecclesia eiciant ut xpiani filii ecclesie dei ecclesiam audi-
entes eidem obediant Non est simile de preteriti scismate duorum contendentium
dudum per concilium pisanum et Constan extirpato ubi forsan neutralitas
eisdem condempnandibus facta fuit approbata ad huiusmodi scisma extirpandum
et delendum de ecclesia dei tum primo quia non poterat constare quis esset verus
papa inter duos tunc contendentes cum ambo vocati sunt a cardinalibus
essent dati ecclesie Et iam occulta eciam res que fuit facta neutralitas tam
inveterata erat quod vix aliquis sapiens deprehendi poterat quis eorum verus
esset papa non sic autem nunc ut manifestum est. tum 2o quia nullus illorum
tunc contendencium erat datus populo xpiano a regula inobliquabili et in-
defectibili cuiusmodi est ecclesia universalis seu concilium generale eandem representans quod
nobis pro papa dedit felicem quintum, tum 3o quia recursus habebatur ad superiorem
videlicet ad concilium generale quod necdum est regula inobliquabilis racione assisten-
ne salvatoris Matthei 18 eius promisse sed eciam est supremum tribunal militantis ecclesie
ad quod in dubiis salutem animarum concernentibus debet fieri recursus Sed in casu
autem nostro non potest fieri recursus ad superiorem sub xpo cum concilium generale dedit
dominum felicem papam quintum, quod quidem concilium generale non habet superiorem
in terris cum representet ecclesiam universalem que cunctorum xpianorum mater est
regina et domina tum eciam petrus summus pontifex remissus fuit ad ecclesiam
sicut ad superiorem cum ei a xpo Matthei 18 dictum est Dic ecclesie quod sufficienter
de concilio generali intelligitur cum ecclesia universalis post publicacionem evangelii
per orbem universum in unum non congregatur nisi in paucis personis in Concilio
generali loco omnium catholicorum congregatur Videtur autem quod illorum supplenter
verbum autem illud non solum fuit dictum petro pro se ipso sed eciam
pro futuris suis successoribus ut satis notum est

Et si adversarius suam intencionem fortificans dicat quod huiusmodi neutra-
litas duorum actu contendencium potest fieri et sustineri cum submissione
ad aliud generale in 3o loco celebrandum ubi maior et multitudo tam
doctorum et ambaxiatorum principum adesse poterit et hanc materiam melius et
amplius discuti, hoc enim dici non potest, quia nulla est que salutem concernens
que possit sufficiencius discuti per Concilium generale quod utique sit in eo cum spiritus
sanctus influere ad huiusmodi questionem diffiniendam Ita bene influat in uno loco sicut in
alio, persone etiam quoque pro ut ita bene accedere ad Concilium Basiliense sicut alibi

ab ecclesia dei
ad tollendum
sit scisma ab
ecclesia

dut

discutiendum

cum ibi sit ut inferius nisi dicetur et ut noverint illi qui recesserunt ab
eodem maxima libertas ergo non oportet querere aliud locum ubi unum
aliud concilium congregare sicut enim non est nisi una ecclesia catholica sic non
est necesse pro nisi unum concilium dum feliciter supra generale quod unicam
ecclesiam represetat Item si quereret aliud concilium per quos huiusmodi novitas
veniret et ius domini felicis pape quin verius dissoluendum videtur quod fieret in
iniuria spiritus sancto qui cuilibet concilio generali assistit et in eo diffinit
quia videlicet eciam discuteretur et in dubium revocaretur quod semel per spiritum
sanctum discussum esset pariter et diffinitum Si enim hoc diceretur vix aliquid
certum in fide aut moribus in ecclesia haberemus quia quemadmodum unum
concilium legitime congregatum potest errare in fide aut moribus sic et aliud
et sic omnia per concilia generalia discussa possent venire in dubium quod
est hereticum asserere contra illum articulum Credo in unam sanctam eccle-
siam catholicam / Preterea cum Concilium basiliense sit verum et legitimum
quam auctoritate duorum summorum pontificum et duorum Conciliorum genera-
lium congregatum nec per Gabrielem potuisse dissolvi quicumque illi
qui durante presenti concilio potuunt aliud concilium congregare cum nullam
auctoritatem ad hoc faciendum habeant quia huiusmodi auctoritas est dumtaxat apud
Concilium generale et verum et indubitatum summum pontificem ultimus quo
quin pote sustineri quin tales tamquam acceptatores sicut in scisma ecclesiam sponsam christi
et tunicam christi inconsutilem dividentes cum sedente concilio generali basiliensi
aliud Concilium generale celebrare velint altare contra altare erigentes
obviare Nec valet si dicatur quod quelibet res debet obviare sive destructori In naturalibus enim
o [illegible] videmus quod sicut res sunt suas proprias operationes et sibi naturales sic et natura-
liter habent resistere suis contrariis et sive corrupcioni Notum est autem
quod christus non tantum dedit christianis qui sunt membra sui corporis mistici quam
rebus mere naturalibus et sic cum sit scisma formatum actu in ecclesia
dei per quod scisma christiani pereunt et dampnantur videtur quod boni christiani
possunt se congregare in uno Concilio generali ad evitationem huiusmodi modi pravi
scismatis ymmo videtur quod christus dedit christianis auctoritatem hoc faciendi quando dixit
ubi ubi duo vel tres fuerint congregati in nomine meo ego sum in
medio eorum Mathei 18 / hoc enim ut videtur satis clare solvitur quia
et si christiani deberent obviare sive destructori sicut res naturales sive corru-
pcioni quia cum habent ipsum racionis et dona gratuita ipsos ad eternam
salutem dirigencia debent ordinate resistere sive destructioni et secundum
legem a christo sibi datam. lex autem christi hec Mathei 18 / Qui ecclesiam dei audire
contempserit sit tibi sicut ethnicus et publicanus et Luce 10 / Qui vos au-
dit me audit debent ergo christiani resistendo sive corrupcioni audire ecclesiam
videlicet concilium generale legitime congregatum quia ecclesia dispersa non
loquitur Ecclesia autem sive concilium generale basiliense videns quod olim
Eugenius ecclesiam dei scindat per erectionem conventiculi ferrariensis quod de fide
errabat ut per professionem publicam declaratum est et dei ecclesiam et plurimos
scandalizabat ipsum a papatu racionabiliter deposuit ad obviandum
destructioni ecclesie quam per mala opera sua idem Eugenius perturbat et turba-
bat / quod ergo fecit ecclesia seu Concilium generale fecit ad obviandum sive

destruccionem per olim Eugenium multipliciter procuratam Concilium
generale in talibus que salutem hominum respiciunt a spiritu sancto
et saluatore nostro dirigitur iuxta illud prealleganda vbi duo vel
tres etc et glo. Anth ... Act. 15 super illo versu Visum est spiritu
sancto et nobis vbi sic habetur quibus non visum est sine spiritu Debet
ergo reddere credere quilibet xpianus iuxta sacram scripturam quod Concilium
Basiliense vt resisteret sue corrupcioni et omnium xpianorum ipsum tunc
Eugenium deposuit Et consequenter vt prouideret ecclesie de uno et catholico — de vero
pastore qui ipsam ecclesiam iuuare contra prefatum hereticum possit beatissimum
Felicem papam vum elegit Non est ergo potior via nec racionabilior
ad obuiandum destruccioni ecclesie quam obedire Felici pape vo
a dei ecclesia seu concilio generali xpianis prouidenter pastori dato et
alium tamquam hereticum et scismaticum pertinacem a dei ecclesia eicere debent
ergo xpiani contra dictum Gabrielem insurgere ad obuiandum sue destruccioni
et non adherere prefato conciliabulo congregare ne credentes bene agere
contra dei ecclesiam in duo genera genera conciliabula diuidant et quod
se ipsos ad eternam dampnacionem inducant Nec talium racio nullatenus
concludit quod dicunt quod xpus dedit xpianis auctoritatem se ipsos congregandi
quod dixit vbi duo vel tres etc Deinde enim est quod et si xpus
ibidem auctoritatem ecclesie se ipsam congregandi dedit quando non est
congregata et si sit congregata ad aliud locum transferendi
si sibi bonum videatur Non tamen dedit auctoritatem duo concilia congregandi
simul et semel quia hoc esset erroneum et scismaticum Non potest
ergo xpianus quicumque sit illi sedente concilio generali basiliensi aliud generale
erigere tale enim si erigeretur posset conciliabulum aut conciliabulum
scismaticorum quam concilium nuncupari nisi tamen de per beneplacito propter
bonum ecclesie sue concilium se ipsum ad alium locum vellet transferre
quod possent aliqui si vellent sacro concilio supplicare et si sibi
videtur bonum facere sin autem supersedere patet ergo manifeste ex premissis
quod ex quo concilium basiliense est verum et legitimum generale concilium
non potest quicumque xpianus pro concilio generali ad alium locum se transferre
sine consensu eiusdem et auctoritate et per consequens non posset in illo
loco per modum concilii generalis aliquam materiam vlterius ecclesiam
tangentem discutere Nec potest dici ad obuiandum premissis quod concilium
basiliense non sit verum concilium generale propter paucitatem
plurimorum personarum et recessum plurimorum prelatorum ac oratorum ambaxiatorum
principum necnon propter recessum presidencium olim Eugenii
quia tamen spiritus sanctus tamen opera conciliorum generalium principaliter
attribuntur non obmittat influere in paucos in concilio generali
bene agere volentes propter recessum quorumcumque aliorum iuxta
illud iam dictum vbi duo vel tres etc quamuis semper fuit bonus numerus
suppositorum in eodem concilio non obstante etiam peste in ciuitate

Basilien. auct. precc^ti vigente, imo vidi visibiliter quod semper ibi fuit
maior numerus suppositorum quam in aliquo concilio apostolorum post Ierosolimis
limis celebrato que tamen omnia ab omnibus catholicis approbantur Cui
etiam presentibus premissis fuit ante eorum recessum in ses
sione predicta diffinitum quod concilium basilien. dissolvi non possit
nisi de consensu duarum partium concilii vocibus singulorum tam
in deputationibus quam in generali congregatione firmiter scrutatis
et decreto in sessione predicta posito quod ut notum est minime est
factum Nec etiam hoc potest concludi propter pretensam dissolutionem
concilii abolim Eugenio factam, cum huiusmodi dissolutionem seu trans
lationem fecit in factum Concilii contra suos presidentes aut contra
eum procederet volens legem ponere concilio in materia reformationis
in qua inferior est ad factum Concilium imponens etiam factum Concilio
termi in huiusmodi dissolutione finem tractandi materiam fidei que tunc
in eorum Concilio cum bohemis tractabatur pro et agitabatur
in qua materia fidei secundum omnes notum est ipsum esse inferiorem
concilio generali, propter quas causas huiusmodi dissolutio fuit ses
sionaliter declarata erronea in fide sicut erat, cum ipse Gabriel eam pos
terius iustificaret contra declarationem concilii constantiensis de superioritate concilii
ad papam Nec etiam potest allegari quod conclusum erat concorditer in con
gregatione generali ante pretensam dissolutionem concilii ab eodem
Gabriele factam quod si Grecis ammoniti infra certum tempus
non expediret summa, 10000, ducatorum ad novam electionem pro
cederent sicut et factum est per illos ut aiunt ad quos potestas concilii
devoluta tunc est vigore cuius electionis ut dicit translacio ipsius
Gabrielis facta est et per quam dissolutio concilii basilien. Quinimmo plu
rima videre possunt respondere ad istam instantiam Nichilominus quod
huiusmodi pretensam electionem et si in decretum iustum cum grecis
debebat stare concilium firmum in basilea usque ad adventum grecorum
ad portum latinorum huiusmodi autem dissolutio gabrielis facta est
per quinque menses ante ipsorum adventum ad portum ut notum
calculanti est ~~cancellantium~~ hanc etiam translationem seu dissolutionem
non fecit ipse gabriel vigore pretense electionis per illos paucos
facte sed potius de plenitudine sue potestatis ut ipse in bulla sue
pretense dissolutionis dicit, preterea nulla conclusione potuit.
epikeiam recipere concilium in quo ab illa posset recedere aut ~~epigsam~~ in ea sicut
tu supremam habeat potestatem Causa etiam aut quare dimone n
non dederunt pecuniam infra tempus deliberatum fuit quod ipse Gab
riel per suos ibidem transmissos totis viribus impedivit huius
pecunie solutionem, fraus autem et dolus nemini patrocinari debet
Causa autem alia fuit quia per ambaxiatores Concilii erat Grecis
ammoniti antea premissum quod ante expeditionem pecunie super
totam ecclesiam imponeretur una semidecima eisque decretum mitteret

super qua secundum tenorem huiusmodi pecunie quas daret ipsis restituen
quod infra illud tempus nullo modo fuit factum quare videntes patres
concilii quod cives avinionenses causam rationabilem huiusmodi pecunias
non expediendi infra illud tempus per concilium per decretum ha
bebant et quoniam dederant pignora sufficientia pro huiusmodi summa
persolvenda licito prefato decreto fideiussorio, stando in proposito electorem
huiusmodi decretum ipsis transmiserunt maxime quia si processum fuisset
ad novam electionem plures difficultates et longa mora fuisset in nova
tione alterius loci et iam pecunie erant in avinione parate que cum
difficultate ab alio loco habite fuissent Galee etiam concilii ad grecos
transmittende parate erant et oratores Constantinopolim tras
mittendi Quare tunc facto concilium ad nominationem electorum non pro
cessit non obstante conclusione super hoc recepta cum ignorare
permissio per prefatos ambaxiatores avinionenses facta sed dumtaxat per
paucissimos ordine concilii non servato et contra voluntatem eiusdem
concilii predicta pretensa electio facta est de qua etiam postmodum ut pre
dictum est ipse Gabriel minime est usus immo etiam prima decretum in electione plubata
plubatum est et avinionem transmissum de consensu totius concilii
etiam illorum qui prius processerant ad eam electionem ut constat per decretum
postmodum factum per quod cassatur plubatio decreti secunde electionis
aliis presentibus quod quidem pretensum decretum secunde electionis plu
batum fuerat fraudulenter ~~in festo~~ in festo concilio circa mediam noctem ad
plumbum accedendo nullis eiusdem plumbi clavigeris vocatis aut
ibidem existentibus sed solis presidentibus olim Eugenii aut suis
de hoc noticiam habentibus propterea in tanto quod eos tanquam quod falsarios tunc
actum est Non obstante quod tunc Eugenius eo quod contra eum agebatur
super multis criminibus dei ecclesiam scandalizantibus displicenciam
sumpsit et huius occasione suam pretensam dissolutionem fecerit maxime
ad hoc faciendo expressione quam ex ratione inductus expressis liquide
constat nullitatem respectu summi pontificis a Concilio Basiliensi electi
cum submissione ad concilium in 3o loco celebrandum subire non
posse Nec huiusmodi concilium posse in tercio loco celebrari nisi de consen
sum basiliensis concilii et ubi vellet ex mera liberalitate sua ad aliud locum
transferri Sed etiam ipsum Concilium basiliense semper a sui initio fuisse
vere ~~vere~~ generale Concilium non obstantibus impedimentis pluribus a Gabriele
et suis sepius eidem Concilio procuratis ut dissolveretur quod tamen
minime premissa facere non potuerunt spiritu sancto eidem assistente et quamdiu ipso
Basiliensi Concilio durante a quibuscumque zamis nullum aliud concilium
generale erigi posse.

Sed pro consumacione istius tractatuli restant pertinentes difficul
tates non modice ad elucidacionem premissorum exponende et pariter
resolvende, Id est quomodo per Consilium generale basiliense a spiritu sancto directum
fieri ut nonnulli scismaticum scisma in dei ecclesia eligendo vivo Summo scisma
summo pontifice cum alius se ingereret pro papa Nunquam enim spiritus sanctus

presse causa sismatis quod tamen fecerunt illi qui sunt in Basilea
a et per quos non potuit facere verum concilium generale cui spiritus sanctus
ut bonus est semper assistit / Dum autem est patet et evidens quod et
si concilium basiliense felicem quintum pro summo pontifice elegerit
non tamen propterea fecit sisma in ecclesia dei sed magis ad obviandum
sismati duorum quorum unum pretensum erat contra aliorum / et quorum
sisma subortum erat per Gabrielem quod multo gravius erat
quam duorum se contendencium pro summo pontifice / nec unquam ante peracta
tempora est in ecclesia visum quare iste eiusdem felicis electio per
Concilium Basiliense facta est Sicut enim David unctus fuit in regem
israhel ipsi ex ordinacione divina Saule adhuc vivente et se ipsum
pro rege eiusdem ipsi gerente nec propterea debuit hic facere vel sisma
fecisse dici / sic nec concilium basiliense quod auctoritate divina pro bono
ecclesie summum pontificem elegit alio se pro papa gerente sisma in dei
ecclesia nullatenus dicitur fecisse sed quemadmodum illi qui ipsi David
post ipsius iustificacionem obedire nolebant saule fautores sisma
inierunt ut notum est / sic et fautores ipsius Gabrielis auctoritate divina
a papatu per concilium depositi sisma in dei ecclesia nutriunt quamvis for-
san se bene agere arbitrantur Non enim credat aliquis extra obe
dienciam ecclesie suam salutem posse adipisci quoniam scriptum est Qui vos
audit me audit / et qui vos spernit me spernit / qui autem
me spernit spernit eum qui me misit / luce 10 /

Secunda difficultas quomodo possit esse verum quod spiritus sanctus fecit
concilium basiliense dirigeret qui recusancium galliam et regis et am
baxiatores omnium principum christianitatis quam fatebatur nec esse sisma
in ecclesia et qui erant sollempnes viri prelati quam doctores principes
suos et eis subditos representantes qui sunt sine comparacione plures
quam stant in basilea solutio / si per potenciam terrenam et humanam
industriam acta conciliorum generalium deducerentur racio magnam ha
beret apparenciam / sed quia non sic est / quia non in multitudine
exercitus victoria belli sed de celo fortitudo est / ea maxime que salutem
humanam concernunt per spiritum sanctum influentem in patres in eodem
concilio congregatos disponuntur iuxta illud Jo/16/ suggeret vobis
omnia quecumque dixero vobis Et ideo quamvis magna industria
[illegible] et multorum representacio in eisdem ambaxiatoribus
esset nichilominus maior influxus spiritus sancti ad salutem ecclesie in
patres conciliariter decernentes et diffinientes aderat iuxta illud allega
tum ubi duo vel tres etc / Et illud Actuum 15 visum est spiritui sancto
et nobis / et ideo quamvis eorum requisicio eisdem videtur racionabilis
tamen spiritus sancti examine quod profundissima scrutatur acceptabilis
non erat iuxta innocenciam ipsius concilio aliis variis vicibus datas Nec
visiones tales oratores de sua requisita (requisitione) aut requestis iudices esse debent
sed dei ecclesia seu concilium generale cum eciam omnes doctores
suam doctrinam quamvis egregiam dei ecclesie submittant magis
imitantes ecclesie determinacionem quam innixi proprio racioni hec est fidei

me doctrina quam cum omni humilitate omnes debent recipere in captivitatem redigentes suum intellectum in obsequium xpi, et propterea dicat beatus Thomas Augustinus Evangelio non crederem nisi quia ecclesia catholica me ad hoc commoveret ecclesia autem dispersa ut prius dictum est non loquitur sed concilium generale ipsam representans a spiritu sancto regulatum et ductum pro ea loquitur. Ex ea de precisa radice oritur quod a generali concilio legitime congregato appellare presumunt. Alii enim hic sibi licere putantes iuxta calcedonensis concilii doctrinam quod est primum de quatuor principalibus conciliis quibus sicut evangelio fidem adhibere ecclesia appellant tamen dictamen ecclesie cui sicut in fidei articulum credere debent ymo potius spiritus sancti in concilio generali presidentis principaliter reliquum per et abhorreat presidentia autem spiritus sancti in conciliis generalibus satis apte innotuit actuum xv° ubi in concilio primo celebrato apostoli et seniores in eodem concilio congregati dixerunt quod preallegabatur visum est spiritui sancto et nobis se ipsos spiritui sancto tamquam priori diffiniendi postponentes. Et quamvis a quarto ephesio appellatum extitit hoc fuit ut ex actis concilii calcedonensis liquet quia non fuit auctoritate apostolica inchoatum nec rite peractum cum libertas in eodem minime existeret sed cum armorum violentia ad deliberandum cogerent, quocirca a concilio generali quod supremum tribunal sub xpo in terris esse dignoscitur licite possit appellari cum a superiore ad inferiorem necordo debitus putatur appellari non possit ymo nec ad xpm a generali concilio legitime congregato appellari potest cum xps eorum que conciliariter aguntur actor principalis per et diffinitor existat ut factum concilium de se ipso per assertionem ubi apostolus an experimentum queritis eius qui in me loquitur xpus. Et rationabiliter ut arbitror idem est de quibuscumque protestacionibus maxime post decreta synodalia ubi debitus ordo conciliorum tenetur et non est impressio violenta a huiusmodi in deliberando sed cum omnimoda libertate suppositorum consilia a spiritu sancto negocia deducuntur ubi enim spiritus ibi libertas. Verum tamen iudicio meo est notandum et diligenter attendendum quod ubi concilium generale erraret in facto in quo forsitan ecclesia etiam errare posset nec est propter ea presertim ad inutilitatem, frivolo eorum appellacionem et huiusmodi procedendum sed errore allegato concilium eiusdem concilii iudicium est requirendum simul et expectandum quod in iure, cum sit columpna et firmamentum veritatis, sicut apostolus et regula inobliquabilis errare non potest saltem quo ad fidem et mores, si enim in fide aut moribus concilium generale erraret tamen legem toti orbi imponere haberet et quilibet catholicus iuxta c. significasti eidem concilio obedire teneretur, quapropter dicere quod tota dei ecclesia in fide aut moribus erraret quod est erroneum dicere aut asserere cum iuxta doctrinam apostoli ecclesia sit sine sine macula et sine ruga etc.

Tercia difficultas est circa quod adversariorum qualium primi illi de concilio basiliensi dicere aut asserere quod non sit aliud generale concilium celebrandum cum hic devenerit concilium aliud constanciense a quo basiliense dependet quod ordinat quod si in posterum in dei ecclesia contingeret duorum se gerencium

Duos gerere

pro summo pontifice infra annum sub pena cadendi a statu debent ad
concilium accedere in quo casu nos possemus simili dicendo quod nos non sumus
in casu propter quem dictum concilium constan super hac materia factum fuit
huiusmodi enim decretum factum extitit ut per ecclesiam seu per Concilium generale
obviaretur scismati et destruccioni ecclesie, modo per concilium basiliense hoc factum
est ut declaratum est supius et non restat nisi quod illi qui debent obedi
re ecclesie et eam audire, sibi obediant et eam audiant sicut tenentur in
hiis maxime que salutem humanam respiciunt sicut hic in facto ipso
per quem tamquam per summum pastorem et primum hierarchiam ecclesie
homines possunt ad finem eterne beatitudinis produci Ceterum et si ~~esset~~ in — essemus
casu decreti concilii constan, ambo contendentes debent infra annum con
Fecit — venire in concilio generali quod actu tenetur sicut dominus felix, contrarius,
et non aliud concilium generale querere ne maius scisma videlicet duorum conciliorum
esset in ecclesia dei quam sit scisma duorum summorum pontificum maxime
cum omnia concilia generalia sint eiusdem auctoritatis et eandem assistenciam
spiritus sancti et sponsi ecclesie habeant et sit tanta libertas in concilio basiliensi
sicut in quocumque alio loco esse possit Cum etiam ut huiusmodi libertas plenior
esset in eodem concilio generali basiliensi iurisdiccio collata super omnes incorporatos
et familiares eorum hoc ad solum ipsum concilium pertineat ut in eodem
concilio basiliensi diffinitum est et conclusum non obstante presencia ipsius
domini felicis contrarii, preterea par in parem non habet imperium, ad quid ergo
congregaretur — ~~congregatur~~ ad concilium in quo haberent convenire duo contendentes de
papatu Cum concilium basiliense indubitatum generale concilium iam diffinierit
dominum felicem esse verum et indubitatum summum pontificem auctoritate
a christo generalibus conciliis data Non enim esset nisi dei ecclesiam vexare si
ea, et in dubium quod per spiritum sanctum factum est revocare, immo si oppo
situm per posterius concilium declararetur ullam certitudinem in posterum de statutis
o haberemus — conciliorum in tali materia salutis humane ~~haberemus~~ nec spiritui sancto de certo
opera conciliorum attribuerentur seu ascriberentur sed potius humane indu
strie quod dicere est erroneum in fide Et si dicatur saltem ad purgandum
conscienciam hominum oportet quod catholici maxime prelati et doctores variis
regionibus congregentur in unum ad videndum quid in tanta materia
dicta sit agendum pro totius mundi salute. Dicimus quod sufficit ad hoc
satis dominum sit ex racione quia oportet sacro generali sacro sinodo representanti universalem
ecclesiam credere, maxime in hiis que salutem eternam sicut presentem
materiam iuxta illud Matthei xi Abscondisti hec a sapientibus et prude
ntibus et revelasti ea parvulis, et illud eiusdem Matthei 23° super kathedram
moysi sederunt scribe et pharisei omnia que cumque dixerint vobis
servate et facite Nichilominus possunt et prelati et doctores pariter et
principum ambaxiatores de variis regionibus et regnis in concilio
basiliensi congregari sicut in quolibet alio loco et omnem scrupulum super
hac materia tollere Nec potest allegari quod illi qui sunt in Concilio
basiliensi sunt iam ad unam partem determinati quia sunt paucis
simi in ordine ad illos prelatos et doctores qui de variis regionibus
et regnis possunt ibidem accedere Ista tamen allegacio humana est et non

supernalis et diuina que tamen ro supernaturalis et diuina estimatur salut
hominum deo prius allegari ea que ante ea dicta sunt / Pro senatore
tamen gstiarum vestrorum xpianorum finaliter est aduertendum et bene
attendendum quod deposicio olim ipsius Eugenii a papatu nedum potuit
iuste fieri quia hereticus et sismaticus erat aut quia dei ecclesiam
in pluris scandalizabat sed quia etiam vnum decretum in ii sessione
huius concilii basilien publicatum videlicet quem frequenter per suam adhe
sionem concilio et sue dissolucionis reuocacionem approbancium igitur
tamen in sta quod si summus pontifex Concilium generale dissolueret aut mu
taret sine consensu eiusdem Concilii nisi infra quatuor menses resipi
sceret et huiusmodi impedimenta sacri Concilii tolleret ipso facto ab
omni administracione papali suspensus esset et quia sacrum Concilium
Basilien post pretensam ipsius olim Eugenii translacionem contra volun
tatem eiusdem Concilii facta ipsum monuit ut eam reuocaret quod
facere infra quatuor menses recusauit sciens per suam appellacionem
ab omni administracione papali ipso facto suspendit mox tunc sacrum generale
Basilien huiusmodi suspensionem ~~seu tunc~~ quatuor mensium declarauit
Cauebatur etiam in eodem decreto quod si post duos menses post huius
suspensionem seu tunc quatuor mensium ecclesie dei non satisfaceret sed animo
indurato in sua dissolucione aut translacione persisteret quod ad ipsius
deposicionem procederetur Ex quo patet clarissime quod ipse semetipsum per suam
appellacionem a papatu actuali deposuit quia sacro Concilio Basilien
minime satisfacere voluit suam dissolucionem aut translacionem reuocan
do sed in sua pertinacia contumaciter persistendo Ex quo demum comprehendi potest cla
rissime quod fideles xpianorum ab olim Eugenio a papatu deposito et eius obedien
omnino debent recedere et domino ffelici pape quinto a dei ecclesia pro vero
papa dato et publicato omni scrupulo sublato adherere et obedire //

Explicit

Cum cupiditate regiminis et gloriae plerisque inter doctissimos viros certatum est de summorum pontificum et conciliorum generalium potestate cum etiam nostris temporibus religionis detrimentum superiori aetate et etiam multotiens attulisse visa est quippe cum circa scismata discordiae disceptationes et inobedientiae ortae sint et animo avaritiae papalis pontificalis auctoritatis usurpationem et sacerdotalis status ac totius ecclesiae perniciem quantum te conspicimus zelo fideles et perfectum qui ambiant curam gerunt precavere ut salubriter occurratur ut attritum fiat tamen turbulente disceptationis investigabo rationibus et sanctorum dictis et summorum pontificum quorum auctoritas praefulta quam omnibus aliis praeponenda est sacro declarante Concilio Constantiensi cum sint pontificibus praeficiant tamen quam dignitas eorum sint adepti in sacrarum scripturarum expositionibus praeferuntur in talibus vero diffiniendis secundum pontifices locum ipsi tenentur 20 de decretales. Et ut breviter procedam quaero tale dubium:

Utrum summus pontifex apostoli Petri successor subiciatur Concilio pro parte affirmativa huius dubii arguitur aliquibus rationibus per modum proposito.

Summus pontifex subicitur praecepto Christi ergo subicitur Concilio. Antecedens patet quia summus pontifex cum sit christianus et in toto orbe sicut alius obligatur eius praecepta observare et providere ut ab aliis observentur. Consequentia deducitur ex praecepto correptionis fraternae quod habetur Matthaei 16. Quia cum constituatur summus pontifex cum peccat in fratrem suum quod tale praeceptum est de praecepto dilationibus. Quia correptionem si summus pontifex contempnat subicitur ex praecepto statuto Concilio. Et quem Christus Salvator subiungat "si te non audierit dic ecclesiae" et est secundum glossam Crisostomum huius qui ecclesiae praesidet si tales admirati sunt etc., ergo summus pontifex subicitur concilio.

Secundo arguitur sic Concilium est maius summo pontifice scilicet quod summus pontifex ei subiciatur Concilio quod patet quia maioritas auctoritatis dicit superioritatem in inferiorem et minoritas dicit subiectionem ad superiorem sed si Concilium maius est summo pontifice scilicet quod summus pontifex ei subiciatur antecedens elicitur ex Jeronimo qui scribens ad Evandrum episcopum 93 dist. legimus, ait si auctoritas quaeritur orbis maior est urbe sed si concilium ecclesiae maior est civitate Romana ecclesia cuius summus pontifex est episcopus scilicet quod Concilium quod representat universalem ecclesiam sit maius summo pontifice quia idem debetur representanti quod representato debetur ut deduci potest de obedientia et maioritate solite.

Tertio arguitur sic Potestas summi pontificis est ab ecclesia ergo summus pontifex subicitur ecclesiae ac etiam Concilio ipsam representanti, quaelibet qui a alio dependet subicitur illi a quo dependet. Antecedens patet per Augustinum super Johannem qui ait quod Petrus quando accepit claves ecclesiam significabat 24 q. 1 quodcumque. Unde si claves datae sunt a Christo ecclesiae prius et etiam Petro sequitur quod claves sunt a Christo et etiam a Petro. Et quod ab ecclesia insit summus pontifex et etiam a Christo similiter quod Concilium representans universalem ecclesiam claves habeat etiam a Christo vel saltem

Ecclesiam romanam etiam et non app. confirmat ut dicit Jeronimus 24 q. 1 omnibus intra
parietes meos qui tenet extra alios ista ex in domo dei quod ipsi sint etiam eadem domus
dei que dicitur edificata super firmam petram. Et Ambrosius quinto dicit: quod dominus
ecclesiam accepit claves ac potestatem solvendi et ligandi habent. Dominus si quis contin-
gente compescere contempserit sit tibi sicut ethnicus et publicanus. Ex quibus
satis colligitur ecclesiam habere dominum et concilium et habere claves solvendi atque ligandi.
Quarto arguitur sic: Summus pont. tenetur exhibere conciliis debitam obedienciam
in hiis que pertinent ad fidem et ad extirpacionem scismatis ac reformacionem
ecclesie in capite et in membris ergo summus pontifex subicitur conciliis. Quod patet quia cum
obediencia sit virtus qua inferior movetur ad mandatum superioris si papa
conciliis tenetur obedire aliquid ei sit inferior et sibi subiciatur. Antecedens est de-
claracio concilii Constanciensis sessione quinta.
Pro huius dubii declaracione ponuntur infrascripte conclusiones quarum prima est:
Asserere summum pont. esse supra omnia concilia generalia est catholicum. Summus
conciliorum necessitas declaratur aliquibus mediis. Et illo quod ordine principatus
qui est in omni bono principatu bene ordinato est principem esse unum et supremum
omnem in toto principatu cuius potestati et gubernacioni omnes de principatu subduntur.
militans Sed ecclesia militans est principatus bene ordinatus ergo est quod eius princeps
summus pontifex sit supremus omnium de principatu ecclesie et quod eius potestati et gu-
bernacioni omnes ipsius ecclesie fideles etiam conciliariter congregati sub-
duntur. Maior patet per philosophum 3o polit. cum ponit policie principatus
aliud esse policratie ubi multi principantur, aliud esse aristocratie ubi pauci
principantur scilicet primates vel consules, aliud vero esse regium ubi unus principatur
quod est aliis melior et perfectior quia melius paret regimen seu unitatis et bo-
num reipublice per unum quam per plures procuratur. Ideo ait Gregorius papa scribens
ad Rusticum monachum: Imperator unus, iudex provincie unus et ...
singuli archiepiscopi et episcopi. 7 q. 1 In apibus. Pluralitas vero principatuum plu-
rimum est causa discordie. Nam ut ait idem Gregorius eadem q.: Roma antequam
condita duos fratres reges simul habere non potuit et parricidio dedicatur. In
utero Rebecce vero Esau et Jacob bella gesserunt. Sed et minor eciam patet ad presens
regimen eius principis est ut omnes de suo regno ei subdantur. Alias insufficiens
esset ipsius regimen quia non omnes ordinare possent in debitum finem et
pacem sui regni. Minor patet quia cum ecclesia militans sit instituta per ipsum christum
dei patris sapientiam per quam ut dicitur proverbiorum 8 reges regnant et legum
iusta conditores iusta decernunt. Iuncto quod si sit principatus bene ordinatus et eius princeps
sit unus et supremus et quod eius potestati omnes ~~ordinare possent in debitum finem~~ fideles
subiciantur alias principatus ecclesie esset insufficiens et imperfectus quod cadere sapiencie
dei filius ... 10. 10 ubi facta mencione de institucione principatus ecclesie

sub nomine omelias mox subiungit et eius pastor i ecclesie princeps quod in ser
mones pape similiter in beatissimo petro omni summo primo collocauit ut ab
ipso quasi quodam capite dona sua velut in corpus diffunderet dextera gl. ita dicit
Secundo ostenditur hec veritas ex ordine institucionis quia quodlibet instituens superior
est ad institutum Sed summus pontifex instituit concilia ergo superior est ad ea maior
patet quia instituere denotat auctoritatem instituentis super institutum et superioritatem
minor patet in de electione et electi potestate c significasti ubi . ubi dicitur quod omnia
concilia per ecclesie Romane auctoritatem facta sunt et robur accipiunt quod confirmat
Stephanus papa scribens Bardinensi concilio vbi inquit auctoritas congregandorum
conciliorum penes apostolicam sedem est / 17 dis Regula concordat pelagius
papa eadem dis scribens hiis qui vocauerunt ad illicitam conuocacionem Constantinopolitanam 43
aut multis denuo apostolicis et canonicis atque ecclesiasticis instruimur regulis non
debere absque licencia Romani pontificis concilia celebrari et multus papa eadem
dis scribens orientalibus episcopis ait quod multum vanum est ad eius conspectum conciliabulum quod eo
non sunt fulta auctoritate

Tercio ex ordine potestatis quoniam est cuiuslibet competit ligare et soluere ligata et solu
ta per alios competit est superior Sed summo pontifici competit ligare et soluere ligata et
soluta per concilia ergo ei competit quod sit superior maior etc. minor est maior de et obe
diencia vbi inferiores ubi eciam dicitur quod inferior potiorem i maiorem nequit ligare
et soluere sed potior ligat regulariter et absoluit inferiorem minorem ante Gelasius
papa 9 q 3 cuncta per mundum nouerunt quod Romana sedes sine vlla synodo precedente
habet facultatem soluendi quos synodus iniqua dampnauerat et dampnandi quos
solueret idem marcellinus papa 2 q 6 ad Romanam ecclesiam ait omnes episcopi quoniam voluerint
vel quibus necesse fuerit quasi ad caput suum confugere et ad eam appellare debent ut
inde accipiant tuicionem atque consecrationem cuius tanta est eius auctoritas teste eodem
marcello ubi supra eisdem causa et questione vt de qualibet mundi parte ad Romanam
sedem appellandum sit Ab illa vero nemo est appellare permissus

Quarto ostendo veritatem eius ex ordine confortatiuo quoniam est talis cuiuslibet remouere
ab communi ecclesia et a concilio eius remouere Sed remouere ab communi ecclesia est super
summum pontificem ergo a concilio remouere est super summum pontificem minor ostenditur quod
concilium cum sit vnitatis per eum communem ecclesiam et ad ipsum ordine 2 ergo quecumque
vt quicumque remouetur ab ipsa ecclesia vnitate quod ab ipso concilio representante
remoueatur minor declaratur quia ecclesia in suo apostolico est corpus constitutum
et summus pontifex eius caput ministeriale non primus ecclesie institucione
sed ipsius cristi qui petro apostolo eius successores instituit qui ipse dixit Tu
vocaberis cephas Io. 1o quod caput interpretatur qui tunc eum summum pontificem
instituit quando ipse dixit Io vltimo pasce oues meas Et in beato apostolo petro

eius successores instituit summos pontifices Ut eis ovem christus p alia verba commisit de maioritate et obediencia Solite vero summus pont ceterum petri successor tamen soli totius gregis i christianorum cura commissa de homicidio p [illegible] fuerunt ecclesie est corpus et summus pont est caput oportet quod ecclesia subsit summo pontifici et ipse presit ecclesie Et caput ordine p[er]fectione quod non et ipsi concilio quod est ipsam ecclesiam representans

Quinto ergo ordine dignitatis sedis est quidquid compet[it] Romane sedi et h[oc] [quod] ipsi sedi competit omnibus aliis preesse et hec iudicium quod et a nemine iudicari posse ergo et eodem ipsius summo pont[ifici] compet[it] omnibus etiam conciliis preesse et habere omnium iudicium et a nemine iudicari posse maior p[ro]xima [quod] dignitas et auctoritas sedis presulis fluit possessores et excitatores ipsius quod sedi Romane competit ratio summo pont[ifici] competere dz minorem pont[ifici] de [...] [...] 22 dis sacrosancta inquirens quod Romana sedes [...] [...] ab alio nisi a domino constituta est caput et cardo iudicii ut sicut cardine hostium regi[tur] sic auctoritate huius apostolice sedis omnes alie ecclesie reguntur Gelasius vero papa 2[...] dis[...] Romana sedes potestatem habet de omnibus ecclesie causis iudicandi nec de eius iudicio per aliquis iudicare et ad ipsam omnes appellare possint ab ipsa vero nullus est appellari permissum [...] Innocentius q. 9. 3 sic de dicta sede concludit quod nemo eam iudicabit iustitia tempore desiderantem neque ab augusto neque a regibus neque ab omni clero neque ab omni populo iudex iudicabitur Ex quibus omnibus habetur quod dicte sedis pont[ifex] est caput et cardo ind[...] et nulli subiciatur sed omnibus presit et quod de omnibus habet iudicium et a nemine est iudicandus

Sexto ex ordine honoris et potestatis que talis est quod quidquid repugnat honori et potestati domini repugnat honori et potestati eius vicarii et vicegerentis Sed honori et potestati domini nostri ihesu christi repugnat subesse cuius maior est dominus ergo honori et potestati summi pontificis qui vicarius est ipsius ihesu christi et eius [...] vices gerens in ecclesia militanti repugnat subesse membris ipsius ecclesie militantis conciliariter adunatis maior pz quod idem honor reverentialis debetur visgerenti christi et commissario de obediencia et maioritate solite et eadem potestas est [...] eo quod vicarius omnia per que pertinet ad iurisdictionem illius cuius vices gerit de officio vicarii tua [...] [...] quidquid potestati et honori domini repugnat et potestati et honori alterius repugnat est minor minor pz quod honor et potestas domini nostri ihesu christi est secundum apostolum paulus ephe[sios] 1° quod deus pater constituit ipsum ad dexteram suam in celestibus super omnem potestatem principatum virtutem dominationem et omne nomen quod nominatur non solum in hoc seculo sed etiam in futuro et omnia subiecit sub pedibus eius et ipsum dedit caput super omnem ecclesiam que est corpus eius Ideo ei repugnat quolibet

Subiectio in premissis. Similiter quia summus pontifex est vicarius cristi ab eo in-
stitutus successor petri consulis ecclesie rector et generalis domini ductor h. 6o
de electis ubi publice Et quia non puri hominis sed veri dei vicem gerit in terris
de translatione. Et quicquid ab eo factum est quasi gestum est a vicario cristi esse
interpretatur factum quasi corporalia ideo cuius honori et potestati repugnat quibus-
cumque conciliantibus congregationibus subesse
Septimo ex ordine iuris positum quod talis est Summus non potest ligari legi-
bus humanis et statutis conciliorum racione potest esse conciliis subiectus Sed summus
pontifex racione potest ligari legibus humanis vel statutis conciliorum ergo conciliis
racione potest esse subiectus maior patet quia subiectionis causa est summus quo amoto
removetur subiectio eo quod causa remota removetur effectus minor vero quod summus
pontifex non possit alligari legibus humanis elicitur ex 27 q. 1 ideo permittitur
ubi ait Leo papa quartus quod sacrosancta Romana ecclesia ius et auctoritatem sacris
canonibus impartitur sed non eis alligatur Sed enim ius condendi ca-
nones quasi potestate quia caput et cardo est omnium ecclesiarum a cuius regula dissentire
nemini licet. Sic ergo canonibus auctoritatem prestat ut seipsum non subiciat eis
Ideo dicitur ex glo. unde constitucionibus canonum quod papa humanis legibus
non subditur Similiter unde electis et electi potestate c. Significasti dicitur quod
in conciliorum cum ad consecrandum decernitur statim subinferatur iuris auctoritate
Romane ecclesie aliter impaciens vel salvo tamen in omnibus iure quasi Rome
quasi salva tamen in omnibus apostolica auctoritate 27 q. 1 ideo permittitur ex
quibus dicitur quod summus positum non subiciat summum pontificem alicui concilio
vel pene inveniri
Octavo concluditur talis veritas ex ordine iuris divini quod talis est in hiis
que sunt de iure divino nemo subiciatur nisi ei quem recognoscit superio-
rem Sed summus pontifex in hiis non recognoscit superiorem hominem sed tantum
deum ergo nonnisi deo subicitur maior patet quia subiectio denotat superiori-
tatem in eo cui subicitur qua remota removetur subiectio minor eciam quia
in causis Romane sedis non est recursus ad superiorem ut declaratur
de electis et electi potestate licet Et factum ab eo ac deo factum attribuitur de electione quanto
Ideo ait Simmacus papa quod aliorum hominum causas deus voluit per homines
terminari Sed sedis Romane presulem suo sine questione reservavit iudicio Et idem
habetur 9 q. 3 dis. Sunt eciam quia episcopi in synodo residentes congregati
auctoritate Simmachi pape ad discernendum causam eius dixerunt Sub causam
totam dei iudicio reservamus quod eciam clarum ponitur 21 dis. quia ante per to-
tum quod de hiis que iuris divini sunt intelligendum est precipue
quia in hiis deo subicitur plerisque ceteri cristi fideles ad quorum obstinaciam
et cura pastorali eciam convincit inducere alios fideles cum vero sint simul
positum ad suam pertinent potestatem dispensare cum ecclesiis permittat observari

Hs tamen non subditur ut habetur in gloza de constitutionibus canonum
Secunda conclusio concilia generalia iurisdictionis ptatem non habent immediate
nisi a summis pontificibus huius conclusionis veritas ostenditur aliquibus me
diis quorum primum est
Quidquid convenit primo et immediate cuiusdam in aliqua multitudine ordinata
non potest competere aliis eiusdem multitudinis nisi ad ordine ad illud sed in
tota multitudine militantis ecclesie convenit summo pontifici habere ptatem
iurisdictionis primo et immediate a ihesu cristo ergo aliis de ecclesia militanti
etiam si sint conciliariter congregati non competit habere dictam ptatem
nisi in ordine ad ipsum summum pontificem et quod immediate a ihesu cristo
maior patet quoniam prima habere est angulos equales duobus rectis primo
et immediate competit triangulo aliis non potest competere nisi in ordine ad trian
gulum Similiter rationale competit primo et immediate homini ideo aliis puta
inferioribus sorti et martino non competit nisi in ordine ad hominem Et
minorem quod ptas iurisdictionis competit illo et immediate summo pontifici
ponit anacletus papa 21 dis cum de apostolo petro inquiens in novo testamento
post cristum dominum a petro sacerdotalis ordo cepit de ipso primo pontificatus
in ecclesia cristi datus est dicente domino ad eum Tu es inquid petrus et
super hanc petram edificabo ecclesiam meam et porte inferi non prevalebunt
adversus eam et tibi dabo claves regni celorum Et concludit hic ergo ptatem
ligandi atque solvendi primus accepit a domino Nam quod de petro habetur
et de omnibus aliis pontificibus qui in apostolica sede Romana ei succedunt
dignitate et ptate intelligendum est quoniam in sede apostolica successor sicut
antecessor plan fungitur auctoritate de electione innotuit Ideo de transla
tione cum ex illo dicatur quod papa immediate a deo recepit omnem iurisdictionem
Secundo Cuicumque competit constituere aliquem in aliquo gradu vel dignitate
eidem competit conferre constituto ptatem et auctoritatem congruam illi gradui
vel dignitati Sed summo pontifici competit constituere concilia ergo eidem competit
constitute conferre concilio omnem auctoritatem gradum et statum generali
orem maior elicitur de translatione eum ex illo quod videm per ipsum quod instituti
tutus seu confirmatus per institutionem et confirmatorem recepit ptatem iu
risdictionis exequendi ea que sunt annexa illi gradui et dignitati minor nota
habetur 17 q 2a dicens ubi ait iulius papa scribens orientalibus Dudum
a sanctis apostolis successoribusque eorum in antiquis decretis est statutum quod ha
ctenus sancta et catholica apostolica ecclesia tenet quod oportet preter sententiam Romani
pontificis concilia celebrari nec episcopum dampnari quia sanctam Romanam ecclesiam prima
tum omnium ecclesiarum esse voluerunt Et sicut beatus petrus apostolus primus fuit omnium
apostolorum ita et ecclesia suo nomine consecrata domino instituente pri
[mu]s sit et caput ceterarum et ad eam quasi ad matrem atque apicem omnes maiores

ptates

Ecclesie cause et iudicia episcoporum reservat et in ipso eius firmavit tamen fir-
mant nunc contra Romanum Pontificem quidquam ex hiis decretum debere
Tercio cuicumque competit habere plenitudinem potestatis iurisdictionis in tota una
multitudine eidem competit eam conferre hominibus de illa multitudine
Sed summo pontifici competit plenitudinem potestatis iurisdictionis in tota multi-
tudine ecclesie militantis habere ergo eidem convenit conferre hominibus eius-
dem dicte ecclesie et maxime Conciliaribus ad unam potestatem iurisdictionis
maior patet quia eadem est regis potestas qua est super totum regnum et potestas quam
iudicibus confert suum regnum regendi Minorem innuit hic super actus
apostolorum diciens quod Petrus cui succedunt ceteri pont accepit potestatem super
omnes eius ut Moyses in gente sua sed in universo mundo hanc signum potestatis ce-
teris suis Romana ecclesia ut scribit Bernardus per diversas provincias ita alios in
partem vocavit ecclesias ut in parte sint vocate sollicitudinis non in plenitudine potestatis
2 q. 6 decreto ideo summi pontificis constitucio generalis omnes subditos ligat
ut habetur de constitucionibus quia constitutio
Quarto idem est dare robur et firmitatem statutis aliorum et eis dare potestatem
iurisdictionis Sed summus pontifex dat robur et firmitatem statutis et sinodis con-
ciliorum ergo dat eis potestatem iurisdictionis maior patet quia eadem est potestas iuris-
dictionis et statuendi seu probandi statuta nam iurisdictio est dicio sive dictum
iuris quod idem est quod ius sive statutum Ideo potestas iurisdictionis est et
statuendi potestas et obligandi alios ad observandum statuta Minor declaratur
Symmachus papa de electione 96 dis bene quidem qui residens in sinodo dixit
Si enim primitus sacerdotes inter suos dumtaxat concilio. Nihil quidquam sine nostro
[illegible] sua crimine tractaverunt vel statuerunt ac debere Et tres sunt senserunt cunctorum
Et quod in apostolica sede eius veniente presule qui merito beati petri apostoli per
commissum orbem primatum obtinens sacerdotum statutis sinodalibus consue-
tudine firmiter Ideo ut libro 6o de electione ubi periculum. Dicitur quod papa in eo
statucionibus conciliorum se hic ut principalis conciliorum vero approbatur Et
ex hiis concludit glosa ibi quod papa est super omnia concilia
Quinto sicut se habent concilia ecclesie ad summum Pontificem ita ad ipsum sedem
hec generale Concilium ipsum instituens Sed petrus apostolus et alii summi
Pont statuerunt gradus et dignitates per et sedes episcopales per totum orbem
ecclesiam imprimentes eis potestatem iurisdictionis ergo et Concilia que instituunt
ipsum orbem ecclesiam debent summi Pont instituere et potestatem iurisdictionis
eis conferre et eius instituens committere maior patet quia in instituto sit ipse insti-
tuens instituto vel ad idem referri cum suo instituto Ideo concilium generale cui sit
instituens ipsum ecclesiam vel quod ad idem referatur ad quod concilium ecclesia

refferatur Et quia omnis ecclesia immediate refertur ad summum pontificem tanquam ad suum caput insolubile et ab eo suam potestatem iurisdictionis cognoscit maiorem inmunit Nicolaus papa 22 dist scribens mediolanensibus cum inquit omnis eum sive patriarche cuiuslibet apicem sive metropolitarum primatus episcopatuum cathedras vel ecclesiarum cuiuscunque ordinis dignitatem instituit. Sed apostolicam potestatis Romanam vero ecclesiam solus ille fundavit et super petram fidei mox nascentis erexit qui beato eterne vite clavigero terreni simul et celestis imperii iura commisit. Et Clemens papa eadem dist. ait In illis vero civitatibus in quibus olim apud ethnicos primi flamines eorum atque primi legisdoctores erant episcoporum primates vel patriarchas beatus Petrus poni precepit qui reliquorum episcoporum causas et maiora negocia in fide agitarent. De archiepiscopis et episcopis idem asserit in eodem capitulo patet ergo quare sic est intelligenda omnem institucionem et potestatem conciliorum generalium esse a summo pontifice

Tercia conclusio asserere concilia esse super summum pontificem et habere potestatem immediate a Christo omnino repugnans est fidei catholice et erroneum. Asseracio heticalis cuius assercionis veritas declaratur nonnullis racionibus

Primo sic Omne quod repugnat unitati catholice et apostolice ecclesie est tanquam erroneum et fidei contrarium negandum et reprobandum sed concilia habere immediate potestatem a deo et non esse subiecta summo pontifici repugnat unitati catholice et apostolice ecclesie ergo tanquam erroneum et fidei contrarium est negandum et reprobandum Maior patet quia tale repugnans unitati ecclesie est contra verba Christi Io. 10. cum loquens de sua ecclesia dixit fiet unum ovile et unus pastor Similiter contra assercionem ecclesie que tradit credere in unam sanctam catholicam et apostolicam ecclesiam. Est eciam contra scripture sacre loquciones que asserit in Canticis ecclesiam unam et columbam et unicam perfectam Ideo quodlibet tale erit erroneum et contrarium fidei est reprobandum Minor patet quia sic esset contra unitatem ecclesie concilium habere potestatem immediate a Christo et non subesse summo pontifici quia quelibet perfecta unitas alicuius multitudinis principaliter consistit in ordine ad unum principium Est enim operativus unitus ex ordine eorum ducem Ideo Aristoteles in 12 methaphisice ponit universi bonum consistere in duplici ordine unus est ipsarum partium secundum quod ad invicem ordinantur alius est earundem ad unum principium tanquam ad finem quorum primum est propter secundum quia secundus adeo est unio ad perfectionem universi et sine eo universum non posset unitatem servare que est ipsius perfectio propterea quia ecclesia unitas est fidelium multitudo adunata in una fide et spe et caritate ad exhibendum deo debitum cultum et honorem secundum gradus officia et dignitates. Sed principaliter in ordine parcium ipsius ecclesie ad unum principium angelo attestante in actu ecclesie preordinis ab unitate perficitur erit ecclesia Christi bona monstrorum 2 q. 1. loquitur et quod unum principium non est nisi Christus qui auctoritatem potestate

statuis qui alterius parte sunt caput sed est summus pontifex institutus a chri-
sto ipsius ecclesie universale caput eius constitucionem ostendit cum statim me-
cione de ecclesie constitucione mox dixit fiet unus pastor et non eum dixit
fiet nisi quia aliud alium a se intendebat esse pastorem et caput ipsius ecclesie
unitatem eiusdem condicionis et status in ipsius ecclesie membris et fidelibus
ad perfectam ipsius ecclesie unitatem. Sicut perfecto unitatem removent cum tota-
lia homines de immediate sub ipso christo et ab eo immediate accipe potestatem
quia primo se subtrahunt a debito ordine ipsius capitis. Secundo a gubernacione
eius. Tercio ab eius potestatis participacione. Quarto quia se aliud caput
a summo pontifice erigunt. Ideo merito scismatici et contrarii fidei catholice
reprobandi sunt

Secundo quidquid derogat privilegio ecclesie Romane est tamquam falsum et erro-
neum negandum. Sed Concilium esse supra summum pontificem derogat privilegio
ecclesie Romane ergo tamquam falsum et erroneum est negandum. Maior est Ni-
colai pape 22 distinctione omnes qui scribens mediolanensibus ait Qui autem Romane
ecclesie privilegium detrahit ab ipso summo omnium ecclesiarum capite traditum auf-
ferre conatur hic procul dubio in heresim labitur et hereticus est dicendus.
Minor ostenditur 25 q. 1a. Ideo ubi ait Julius papa Que enim sancte sedi
prefata privilegia specialiter sunt concessa tandem Conciliis et Synodus ac
restitucionibus episcoporum congregandis quam de summis ecclesiarum negociis
ut ab ea omnes oppressi auxilium et iniuste dampnati restitucionem capiat
Et talia nemo non presumant absque collacione nec tractant absque sua dampnacione
que privilegia ideo eidem competunt quia ut ait Anacletus papa 22 dist. Sacro-
sancta Romana ecclesia non ab apostolis sed ab ipso salvatore nostro primatum
obtinuit. Hec singula privilegia subtrahunt a prefata sede Romana qui Con-
cilium asserunt supra summum pontificem quia superioritatem primatus cum potestate
clarum est. Ideo concilium asserentes supra summum pontificem subripiunt eius
primatum et auctoritatem congregandi Concilia ac dissolvendi et similiter
ab ipsa ecclesia Romana que caput est omnium aliarum ecclesiarum et Concilii
Quia sicut quidquid competit dicte sedi competit et eius sponso scilicet summo
pontifici et econverso. Ita quidquid a summo pontifice removetur ab ipsa
sede Romana removetur. Eo quod quidquid de uno affirmatur et de alio affirmari
vel negari intelligendum est

Tercio quicunque contempnit obedire sedi apostolice et summo pontifici incurrit crimen
paganitatis et plusquam hereticus fugiendus est. Sed concilia assenciencia se habere
potestatem immediate a christo summo pontifici obedire contempnunt et sedi apostolice ergo
crimen paganitatis incurrit et plusquam heretica censenda sunt. Maior est

Sententia Gregorii 8 q 1 di. c. qui sunt qui aut pertinacie paganitatem consentiunt
cum sit dum cristianus se asserit et sedi apostolice obedire contempsit. Cum igitur qui
talia Concilia erigunt tribunal super vicarium ihesu christi et subtrahunt se ab obe-
dientia ipsius et potestate ordinaria quia potestatem suam ab eo sed a cristo se asserunt habere
et dividunt se a ministeriali capite Ecclesie et consequenter a tota ecclesia que est corpus christi
ideo paganitatis pertinacie crimine currunt et scismatici censendi sunt

Quarto Quicunque novas seu falsas opiniones gignunt vel sequuntur sive gloriae
et principatus seu commodi sunt censendi heretici Sed asserentes Concilium esse supra
summum pontificem et ipsum habere potestatem immediate a cristo gignunt aut se-
cuntur novas et falsas opiniones ergo tales heretici censendi sunt. Maior est
Augustini 24 q 3 ubi ait quod hereticus est qui alicuius temporalis commodi et
maxime qui glorie et principatus quod sui gratia falsas ac novas opiniones gignit
vel sequitur. Minor ostenditur quia quicunque homo gignit aut sequitur
in preiudicium sedis apostolice et summi pontificis quod a sanctis doctoribus et summis
pontificibus non est traditum neque per Concilia generalia antiquitus declaratum et de-
cisum dicendus est de novo adinventum et falsum. Nam si omnes doctores et totum
corpus iuris ac novi et veteris testamenti discurrat nemo reperitur reperitur
fuisse tante temeritatis quod asserere presumpserit Concilia esse super summum pontificem
aut immediate habere potestatem a christo cristo Sed omnes tribunal summi pontificis
pretulerunt Conciliis et omnibus potestatibus quia ut habetur ex gestis bonifacii
martiris 40 di. c. si papa cuius culpam redarguere istic presumit mortalium nullus
eo quod cunctos est iudicaturus et a nemine iudicandus propterea talia asserere aut
invenire est gratia principatus et glorie aut commoditatis temporalis novas et falsas
facere opiniones et ponere animos quos preces cum non possint ideo tanquam here-
tici condempnandi sunt •

Hiis pactis amodo respon-
dendum est argumentis

Ad primum argumentum quod ait de correptione fraterna Dicitur quod summus pontifex a tali
correptione non excluditur ideo licuit apostolo paulo in faciem resistere petro Nam
institutum summo pontifici quod permittebat tunc temporis circumcisionem Sed si summus
pontifex dictam correptionem contempnit quomodo intelligendum dico sicut dicit ecclesie
est secunda duplex declaratio prima est glosa que sic ait Dic ecclesie id est multitudini
que glosa non habere debeat locum in summo pontifice qui est super primum vel
de quibus est Cum ergo sit adeo maledicti quia discepit secunda pars sui
Sed quia per dictam glozam non sequitur aliqua superioritas Concilii ad summum
pontificem ideo non soluitur secundam eam predo alia que est glo crisostomi
que ait Dic ecclesie id est hiis qui presunt scilicet illi qui fraternam correptionem contempsit

Hic glosa optime ad precedencia continuatur eo quod non est caritas sed languor
ubi mali mores non corriguntur 23 questio 7a Quid putes Est ergo contempnendus
correpcionem fraternam corrigatur deinde vitandus ideo suo superiori ut superioris suo
absistendum hic fautorum non sensisse manifeste 83 dist. quia Si quis sit
Summi Pontificis superior dicitur quod Concilium ut argumentum potissimum videtur
sed solus ihesus christus dei filius quia superiorem in terris non habet nisi deum de clari
licet Est ergo super Crisostomum glosa Summi pontificis incorrigibilis cum de
-vitandum non Concilio quod ei subicitur sed Ihesu Christo deo qui tanquam suo
immediato superiori et pro eo instantissime est rogandus quod confirmatur 40 dist.
Si papa ubi dicitur quod si papa sue fratrum salutis negligens deprehenditur
inutilis et remissus in operibus suis et insuper a bono taciturnus quod magis
officit et in omnibus nihilominus innumerabiles populos catervatim secum ducit et primo
mancipio gehenne cum ipso plagis multis in eternum vapulaturus huius culpas
istic redarguere presumit mortalium nullus quod cunctos ipse est iudicaturus
et a nemine est iudicandus nisi deprehendatur a fide devius pro cuius perpetuo statu
universitas fidelium tanto instancius orat quanto suam salutem post deum ex illius
incolumitate animadvertit propensius pendere Ideo Concilium non sunt ausi de peccato
ydolatrie Marcellum papam iudicare sed iudicium ad deum vel ad ipsum referens
21 dist. Nunc autem Potest tamen Concilium papam deprehensum devium a fide eius pertinacia
et incorrigibilitate declarare non esse papam eo quod hereticus est et quod talis ut habetur
24 q. 1 Audivimus ubi enim continetur quod heresi vel scismate polluti extra claves
ecclesie probantur et eo quod extra ecclesiam sunt et confirmatur in de hereticis firmissime
Ideo papa hereticus non est caput ecclesie Nam sicut caput a corpore precisum
non est caput sic papa ab ecclesia precisus per heresim non est papa propterea dicitur
Concilium posse iudicare papam devium a fide eodem titulo de hereticis fraternitas

Ad secundum argumentum quod est de maioritate Concilii ad summum Pontificem
dicitur satis ostensum summum pontificem maiorem concilio Et ad autem quod orbis
est maior urbe dicitur quod Jeronimus loquitur ibi in dicto Ca. Legimus de maioritate
auctoritatis quo ad consuetudinem et non quo ad potestatem Ideo est intellectus dicte
auctoritatis quod consuetudo ecclesiarum orbis sit preponenda ecclesie urbis scilicet Rome Et ergo
habet non sequitur quod Concilium sit maius summo Pontifice aut ecclesie Romane potestate
et dignitate quod caput omnium aliarum ecclesiarum et summus pontifex caput omnium fidelium ut
satis est ostensum

Ad tercium argumentum quod dicit quod summi Pontificis potestas est ab ecclesia Dicitur quod ad oppositum
est potestatem summi pontificis esse immediate a ihesu christo in ea collacione sed quod sic est
Mondum quod Ihesus christus instituens apostolum petrum summum Pontificem constituit pa

Talem dignitatem et claues et claues regni celorum contulit ut rite omnis
dictam dignitatem immediate ab eo consequitur et confirmationem atque claues
ligandi atque soluendi Propterea summus pontifex dum eligitur confirmatur ut habetur
23 dis. In nomine et administrationem habet atque plenitudinem potestatis de iure pla
torum. Cum ergo illo et ceteris Ad autem Augustinus dicitur Ecclesiam quod petrus accepit
claues significauit Ecclesiam intelligendum est eam significasse passiue quia
super totam ecclesiam que regenda sibi committebatur accipiebat a christo plenitudinem
tudinem potestatis ligandi atque soluendi ac ducendi ad portum salutis ut porte
inferi non preualerent aduersus eam Ad autem quod Ieronimus dicit alios &c
in domo dei ut et ipsi sint etiam eadem domus que dicitur edificari supra petram
&c que domus etiam accepit claues et potestatem ligandi atque soluendi Respondetur
quod Ieronimus non loquitur de Concilio sed de illis fidelibus qui in ecclesia clarius
generalem potestatem sacrorum administrationem et per vniuersum orbem curam animarum
Et eos eandem domum asserit esse que dicitur edificata super petram Ingenuus puto
non temere dicere alios &c in domo dei &c Et hec domus dei sancta ecclesia in
tituta que est sine ruga et macula accepit claues et potestatem habet ligandi atque
soluendi quod intelligendum est quantum ad vsum et exercitium tamen quod claues in
ecclesia sunt etiam defuncto summo pontifice et semper erunt usque ad consummationem
seculi &c

Ad quartum argumentum quod est de obediencia exhibenda Conciliis iuxta decretum
et declarationem Concilii Constanciensis Respondetur primo quod summus pontifex declarationibus siue de
cretis Conciliorum non subicitur etiam si dicta decreta duxerit confirmare et se obser
naturum obligare quod clare patet per eius declarationem in quibusdam casibus patet per clementinam

Ne romani capitulo &c

vbi sufficienter ostenditur quod summus pontifex nullis subicitur legibus generalibus et statutis
Conciliorum cum se permittat dicta statuta obseruare quia licet sibi super hoc dispensare
dispensationibus pro beneficiis possint et inde clare videtur Ne romani ac etiam concilium generalia decreta
specialia primo indulgere et specialiter tamen concedere quod generaliter prohibere decreto 27
41 Ideo permittere. Ideo per se et alios ab hominibus institutis absoluere quod patet
quod conuenientissime aliud soluitur per quod ligatur ut dicitur 90 21 dis. Inferior
Et cum ergo summus pontifex conuenientissime dissoluere per Concilium et licite
congregatum Et si dicitur quod in dicto decreto id summus pontifex tenetur Conciliis
obedire quia non est de iure positiuo sed de iure diuino Respondetur quod licet fides et
ecclesia Romana sint de iure diuino esse tamen positiuum summum pontificem in hiis
obedire conciliis quia in hiis que sunt de iure diuino summus pontifex est tantum deo
subiectus ut clare arguitur 8o, ie quando inferior Ideo soli deo summus pontifex
tenetur in hiis que sunt iuris diuini obedire et non homini siue concilio. soli
enim deo peccat Vnde propheta dicit Tibi soli peccaui domine miserere Ideo tamen ab eo

Implorare dz veniam aut sibi competere crediderit. Secundo vero dicitur quod
decretum illud sine declaratione videlicet quod quilibet cuiuscumque status vel dignitatis
etiam si papalis existat obedire tenetur in hiis que pertinent ad fidem et
extirpationem scismatis ac reformationem dicte ecclesie in capite et in membris
factum fuit ratione scismatis quod tunc occurrebat inter Gregorium Johannem et
petrum de luna ut ex dicti decreti tenore elicitur. Et quia de scismate in ca-
pite ecclesie existente ad concilium generale principaliter pertinet cognoscere et iudi-
care ut testatur honorius augustinus scribens ad bonifacium papam 19
dis. si duo. Ideo dictum decreti in prefata causa et in consimili occurrenti
generalis et hic debet robur et fortitudinem. Propterea in quinta sessione dicti con-
cilii continetur sic. Declarat sancta synodus quod quicumque cuiuscumque conditionis
status dignitatis etiam si papalis cum mandatis statutis seu ordinationibus
aut preceptis huius sacre synodi et cuiuscumque alterius concilii generalis le-
gittime congregati super premissis seu ad ea pertinentibus factis aut faciendis
obedire contumaciter contempserit si non resipuerit condigne penitentie subiciatur
et debite puniatur. Et quia dictum decretum non habet vim et robur nisi in con-
simili scismate aut materia fidei ~~ut iam dictum est seu sedes Romana occu-~~
~~pacetur a duobus vel pluribus~~ ideo nullomodo ad verum et indubitatum
pontificem se extendit sed tunc quid dependere deum a fide ut iam dictum est
seu sedes Romana occupacetur a duobus vel pluribus eo quod tunc intelli-
geretur sedes vacare propter multitudinem veri et indubitati pastoris quoniam non
nisi unus de iure esse potest 7 q. 1 factus dicitur ibidem quod cum unus pont[ifex]
pro primo esse possit quisquis post eum qui solus esse debet factus est iam non
secundus, sed ille sed nullus est etc. Licet eo casu in videtur opportunum dicere
concilium hic cognoscere presidentem a christo tunc sed ab ecclesia quia cum iudicio
humano sit determinatum verus et indubitatus papa potestas est penes concilium
ecclesiam ac si vacaret. Propterea in prefato decreto continetur in hiis que
concernunt fidem aut scisma in capite et in membris omnes etiam si papali
fulgeant dignitate tenentur exhibere eidem concilio debitam obedientiam
et reverentiam. Quod vero sequitur ac reformatione dicte ecclesie in ca-
pite et in membris dicitur referri tunc ad duo precedentia scilicet ad fidem et scis-
matis extirpationem. In quorum reformatione parendum est concilio. Unde
papa depositus devius a fide et hereticus sine stante contestatione
de papatu tum scismate in capite et in membris dz obedientiam exhi-
bere concilio in premissis propter scisma extirpandum aut heresim delendam.
Ubi dicendum et includimus quod dictum statutum non est admittendum quia ut sonat — Extrema dementia
videtur limitare potestatem papalem que cum tunc a christo et non ab homine

sit in summo Pontifice minime per concilia artari aut limitari potest
et eo amplius quia factum fuit per illos de obediencia Johannis antequam
Concilium esset generale per unionem aliorum de aliis obedienciis scilicet Gregorii
et Benedicti Et quia pleno Concilio non fuit renovatum nisi per Mar
tinum electum unicum et indubitatum summum pontificem confirmatum
sine qua confirmatione statuta Conciliorum nullam vim habent obligandi
non haberent ideo nullius roboris esse ac acceptandum a fidelibus quinimmo
etiam si robur et vim statuti haberet nunquam hoc intelligeretur
respectu summi pontificis ut supra dictum est et eius potestas nullis
obligatur legibus aut statutis sinodalibus nec papalibus Et sic patet
quam male sentiant Basilienses de premissis Et hec sunt que sensio de
primatu ecclesie Ego Nicolaus indignus Episcopus Cotronen

Scriptum in Concilio Florenthino

Avisata missa ad dominum Eugenium pro querenda sua unione cum duce Mediolani

Primo quod tempus est omnino sua sanctitas vigilet ne hoc Concilium ad Gallias transferatur quod si fieret sequeretur scisma tandem Italia perderet papatum et sua sanctitas dum viveret amitteret iurisdictiones ecclesie sedis et Romane curie inde sequeretur in Italia occupatio totius patrimonii ecclesie et postea regni et deinde Italie destructio et forte submissio

Item quod in hac materia non confidat de rege Francie Experta enim est sua sanctitas quod oratores regis semper contrarium eius fecerunt quod rex promisit et nulli fuerunt nobis in Concilio capitaliores hostes sicut quidam cooperatoribus regis Francie Credat enim sua sanctitas quod rex et eius adherentes plura fecerunt in Concilio sub spe curie et papatus quam propter amiciciam sue sanctitatis aut rogamina

Consideret etiam insuper quod odium quoddam est et quasi connaturale inter ipsos Gallicorum ad eos de Italia Item quanta est eorum de Francia ambitio facile perpendi potest quia cum docuit experiencia non curaverunt ecclesiam dividere et scisma facere nisi curarent de papatu quem haberent papatum apud se et hoc est quod ipsi magis attendunt et ad quod magis anhelant licet hoc palliatur per pretextum pietatis et reductionis grecorum

Item non confidat sua sanctitas de duce Sabaudie cum hic [illegible] ostendat se adversarium Concilii etiam ut retulit nobis [illegible] [illegible]

studio laboratur Concilium ducere ad Alamanniam per quosdam iuridicos Item
nullomodo confidat de prefatis personis gallicorum quia omnes quotquot fuit
hac ambicione laborant ut vidimus quia qui fuerunt beneficiati a sua sanctitate et melius
tractati peiora fecerunt Committere igitur talibus secreta consilii in hac re pe-
riculosissimum est et potissime quod eo ne verbo aut scriptis revelent intencionem vestram
si sciant et rem impediant et hoc dicatur pro domino abbate Minoritarum (?) sancti Honorati
et isto Pictavien

Propterea sua sanctitas eligat aliquos sibi fidos ytalicos quibus detur ordo
cogitandi avisandi et conducendi cum sua sanctitate Non est verisimile nec cre-
dendum quod legatus velit Concilium in Francia nisi forte deceptus a gallicis

Non etiam verisimile nec credendum quod Germani velint Concilium in Francia
propterea tractandum esset cum legato et Germanis quod omnino resisterent

Item legatus alliciatur muneribus si tentus erat pro recuperacione pecuniarum quas
dicit sibi deberi pro solario vel de beneficiis de quibus est multos ducatos aut quin-
gentos Et etiam valde utilis compensarium si sua sanctitas de pecuniis vel
beneficiis certificaretur Et oportet ad hoc domino nostro gratum ad impediendum
omnino velle deduci ad Gallias et sub certo facere

Item alliciendus esset aliquo beneficio quod sibi sua sanctitas conferret nomine quod fre-
quenter conqueritur quod nichil sibi datur pro hiis que gessit sanctissimo domino fidus et lega-
to gratus mittendus esset qui per clam proponet oblaciones predictas faceret
et avisaret Et si aliud facere non possit saltem operetur quod Concilium non recedet a Basi-
lea. Bonum esset quod domini Cardinales ytalici saltem ipsi domino legato Cardinali
magis affecti tenderent ambasiatorem et facerent et quod ipse sentiret dominum nostrum et
dictos dominos Cardinales in hanc similiter convenire

Item ille qui ivit ad dominum legatum portavit brevia et bullas cum secreta ambasiata
ad illos patres principales de Concilio ostendendo et dicendo ut dictarum ipse dominus
legatus in expedicionem et faciliorem exitum eorum que vos quaeritis

Item mittatur etiam unus fidus secretarius et industrius ad electores Imperii osten-
dendo pericula que nationi Germanice possent evenire si Concilium transferre-
tur ad Gallias Bene esset ipsi bene quod multis quod nulli ipsi Germani in Curia Ro-
mana magis honorantur quam quando Curia fuit in Ytalia

Item etiam utile esset quod ille comes certificaret dominum sancti Petri de Curia Albalen
Item etiam utile de mittendo provenctos ad imperatorem Item mittere unum ad regem
ad faciendum quod Concilium maneret in Ytalia Item mittere et scribere Barraten
quod Greci non consentient ire ad Franciam Item mittere Bernardum Pictavien
ad ducem Lombardie ut non prebeat aures ad Amoniam (?)

Item mittere episcopum Cabilonensem ad regem Francie et recipiat litteras vel mittatur
a dicto rege et mittere ad ... ad suadendum domino duci Sabaudie ~~de Curia~~ ut ...

Instructionibus amsabitur. Et quod ipse episcopus Cassabensis habeat certificare dominum de facto de ecclesia Magellensi
Item avisare dominum ducem Sabaudie quod dominus non intendat de ecclesia Lausanensi
Item facere quod rex Francie mandet domino patriarche Anthiocheno quod recedat a
concilio et vadat ad curiam et habebit ecclesiam Cassalitiensem
Item quod episcopus Cassalitiensis intendat apud dominum regem Francie et laboret
apud regem Castelle quod concilium remittatur in quo valuntur sanctissimo domino nostro
Item mittere quendam ad ducem Burgundie ad sibi remonstrandum quanti dominus
noster pro eo fecit et quomodo nunc ut providet suos utpote magistro Iohanni Chenrot[?]
fecit plures translationes et novissime ipsi suo nepoti subtrahi subtrahetur si suum
beneficium in favorem dicti domini et patris erit semper sibi obsequium
Item quod ipse dominus dux Burgundie mandet domino specialiter quod recedat a
concilio. Item quod comes instet apud dominum regem Renatum quod subtrahat fructus
beneficiorum domino Arelatensi

Alia avisata

Primo quod dominus predictus dominus noster deputaret tres cardinales et tres prelatos
expertos qui invicem avisarent quid sua sanctitas agere debeat in hac rerum perturba-
tione et per quem modum habeat providere quia ex hac protractione concilii, sicut
multi intendunt, oriretur scisma aut grande scandalum in ecclesia et statim convo-
cationem demandare videntur ad hoc apti de cardinalibus sancte crucis Rothomagensis
sancti Marcelli vel sancti Marci, Tarentini, Normanensis[?], Paduanus ut recat[?]
odor in consolationem bone fame et modernorum ornate nos dari expectatione[?].
Progamus quod officium reffendarie inde conservetur et camere apostolice committatur
et abusus tam cancellarie quam penitentiarie et omnium officiorum curie tollantur et secundum
antiquam censure compagantur[?] honorem pontificum
Item ne illi de Basilea habeant causam querulandi quod sua sanctitas non sinat decreta
constituenda ceterum illa per notabiles doctores coram domino nostro et dominis cardinalibus
et illa que videntur acceptanda et finalda[?] acceptarentur et finaerentur et que
videntur reppellenda reppellentur
Item si illi de Basilea non eligerent locum gratum domino nostro creationem faceret in Italia
de prelatis et concilium transfferret de Basilea ad illam conviventiam seu locum et quod
legatus de Basilea vocaretur legatus ad concedendum
Item creare cardinales et complacere principibus pro rege Francie duos, unum
regi Castelle, unum de Germania, unum de Anglia, unum pro domino Burgundie
principe crearet cardinales Italicos faciendo istos cardinales reges vocabunt
vocabunt suos oratores

Item pacificare lites in Concilio ut puta Lausanen Traiecten patri-
archam Aquilegien Item votare fratrem domini legati in Curia et facere
eum prothonotarium Item facere cum imperatore Bretonum quod anno novo veni-
at ad ytaliam et curare alia loca etc.

III

IV